

**REGISTRE GGG DE L'INQUISITION  
DE CARCASSONNE**

---

Ms DOAT XXVII

---

SERMONS

Carcassonne 11 novembre 1328 p. 2  
Prouille 24 décembre 1328 p. 53  
Narbonne 9 décembre 1328 p. 56  
Pamiers 13 janvier 1329 p. 67  
Béziers 19 mai 1329 p. 78  
Carcassonne 8 septembre 1329 p. 90

---

(SERMON DU 11 NOVEMBRE)<sup>1</sup>

CARCASSONNE

EDUCTI DE MURO CUM CRUCIBUS

In nomine Domini Amen. Nos Bartholomeus Dei gratia episcopus Electensis, Fratres Henricus de Chsmayo, Carca., P. Bruni, Tholos. inquisitores, Germanus de Alanhano, Ioannes de Castanhero, Bertrandus de Auriach et Petrus **F° 3 v°** Deodati, reverendorum Patrum dominorum Dei gratia Narbonensis, Bitterensis et Castrensis archiepiscopi et episcoporum predictorum vicarii seu commissarii antedicti ut premittitur deputati,

Attendentes quod infrascripte persone aliquandiu commorate in Muro eisdem dudum pro eis que cnfesse fuerant in crimine heresis comisisse sententialiter pro carcere assignato nostris Ecclesie humiliter paruere mandatis, propter quod se fecerunt et reddiderunt merito dignas gratia aliquali,

Ipsas a Muro predicto duximus misericorditer relaxandas, iniungentes et imponentes in commutationem pene dicti Muri in aliam infrascriptam, in et cum his scriptis, cruces et penitentias infrascriptas, et que suarum penitentiarum littere eis tradende plenius continebunt, retenta nobis et nostris in hoc officio successoribus **F° 4 r°** facultate et potestate eas et earum quamlibet reducendi seu revocandi ad Murum predictum, et sine omni nova causa vel culpa, et mutandi, aggravandi, mitigandi predictam penitentiam aut in aliam commutandi, aut etiam totaliter remittendi, si et prout et quando Nobis vel Nostris successoribus visum fuerit expedire.

Nomina vero dictarum personarum quibus dictam gratiam facimus et dictas cruces et penitentias infrascriptas imponimus, subiungimus at declaramus, primo videlicet :

- + Domino **Ioanni Vasconis** de Castro **Montineacensis** presbitero.
- + **Pontio Helye de Laurano**
- + **Petro de Montelauro**
- ++ **Guillelmo Carterii de Narbona**
- ++ **Ioanni Dalmatii de Narbona**
- ++ **Guillelmo Ademari de Narbona**
- ++ **Guillelme Savila de Narbona**
- + **Marie Cursada de Narbona** **F° 4 v°**
- + **Astruge Cursada de Narbona**<sup>2</sup>
- + **Petro Dayssiani de Bitterris**
- + **Aladayci Biassa de Salviano**<sup>3</sup>

<sup>1</sup> les titres entre parenthèses sont le fait de l'éditeur. Ceux du copiste du XVIIème siècle n'ont pas été reproduits

<sup>2</sup> En marge : dioc. Narb..

<sup>3</sup> En maege : dioc. Bitter..

++ **Deodato Marcelli de Lodova**  
+ **Berengarie Donas de Narbona**  
+ **Jacobe Sobirana de Carcassona**  
++ **Agnes Barona de Carcassona**  
+ **Isabellis de Bitturia de Carcassona**  
+ **Margarita Salsinhana de Alayrach<sup>4</sup>**  
+ **Petro Farrant de Castronovo de Brassiach**  
+ **Iacobe Sabateria** dioc. Castr.  
+ **Huge de Podio<sup>5</sup>**  
+ **Ramnnde de Archis** dioc. Electensis  
++ **Pontio Gardiani de Sancto Egidio** diocesis Nemausensis, habitatori  
Narbone  
++ **Iacobe Amorosa de Lodova**

cum dictis crucibus imponimus et nomine penitentie iniungimus, et in detestationem criminis erroris veteris in omni veste sua excepta camisia portent perpetuo dictas duas cruces de filtro crocei **F• 5 r•** coloris, unam videlicet anterius in pectore et aliam posterius inter spatulas, sine quibus prominentibus et apparentibus infra domum et extra de cetero non incedant, easque refficiant si rumpantur et eas resuent si et cum fuerint vetustate consumpte, quarum quantitas sit secundum traditam sibi formam videlicet duorum palmorum et dimidii in longitudine brachium lungum, et duorum palmorum alia bracchia, scilicet transversalia, habeatque quodlibet bracchium in se trium amplitudinem digitorum.

Visitent insuper semel limina ecclesiarum beatorum apostolorum Petri et Pauli Romae, sancti Jacobi Compostelle in Gallicia, beati Thome Cantuarensis in Anglia, Trium Regum de Colonia, sancte Marie de Podio, de Valle viridi, de Tabulis in Montepessulano, de Serinhano, de Ruppe Amatoris, de Parisius, de Carnoto, **F• 5 v•** de Pontizara, de Solhaco, de Bolonia supra mare, sancti Dyonisii, sancti Ludovici in Francia, sancti Egidii in Provincia, sancti Guillermi in Deserto, sancti Martialis, sancti Leonardi Lemovicensis diocesis, et sancti Vincentii de Castris.

Visitent etiam dum vixerint annis singulis ecclesiam cathedralem sue civitatis et diocesis in festo maiori eiusdem, testimoniales litteras de singulis locis predictis ab illo qui dicte ecclesie desservierit reportantes.

Confiteantur etiam ter in anno peccata sua proprio sacerdoti curato, videlicet ante Pascha, Penthecostes et Nativitatem Domini, et in eisdem festivitatibus communicent, nisi abstinuerint de proprio consilio sacerdotis. Audiant missas parochiales ex integro diebus dominicis et festivis et sermones qui fient in locis in quibus fuerint quandocumque nisi valeant legitime excusari. Et in missis eisdem sacerdotibus eas **F• 6 r•** celebrantibus inter Epistlam et Evangelium cum virgis in manu publice se presentent, disciplinam recipient ab eisdem. Sequantur etiam processiones que fient in locis in quibus fuerint quandocumque inter clerum et populum, virgas in manibus deferentes, et ab illo qui processioni prefuerit disciplinam recipient in ultima statione.

Ab omni servili opere abstineant diebus dominicis et festivis colendis; decimas, primitias, carnalagia, oblationes, legata et alia iura Ecclesie persolvent, nec ea modo quolibet retinere presumant; usuras vel rapinas per se vel per alium non exerceant, sed si aliquid exinde receperint vel habuerint restituant; auguria, divinationes et sortilegia non exerceant vel observent, ac alio publico officio de cetero non fungantur.

Preterea persequantur hereticos, credentes et fautores eorum, quocumque nomine censeantur **F• 6 v•** et fidem catholicam tueri toto posse.

<sup>4</sup> En marge : dioc. Carc..

<sup>5</sup> En marge: dioc. Castr..

Et prima dominica cuiuslibet mensis pressentes litteras proprio capellano pressentent, et eas sibi legi et exponi vulgariter faciant, ut per quid facere et quibus abstinere debeat fieri valeant certiores.

Hec autem eis iniungimus retenta Nobis et Nostris in hoc officio successoribus libera potestate addendi, minuendi, mutandi in predicta penitentia sive pena, si et quandocumque Nobis et Nostris successoribus visum fuerit expedire vel ipsos superius nominatos sine omni nova causa vel culpa ad dictum carcerem reducendum.

Lata fuit hec sententia inductione, loco, pontificatu et presentibus testibus et notariis antedictis, et magistro Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis notario superius auctori- *F° 7 r°* tate apostolica et regia publico qui premissis interfuit et hec manu sua propria conscripsit in nota, vice cuius ego Ioannes de Logio presbyter Trecensis diocesis premissa de ipsa nota extraxi et hic fideliter transcripsi de ipsius magistri Menneti voluntate, et mandato venerabilis in Christo Patris Henrici de Chamayo inquisitoris heretice pravitatis Carcassonensis predicti.

---

(STEPHANUS GRANAT DE VILLANOVA)

*F° 9 r°* Stephanus Gramat filius Raimundi Gramat, **sartor de Villanova** diocesis Bitterrensis, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno Millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense novembris legitime constat, octo anni fuerunt ante tempus confessionis facte per eum de infrascriptis:

Primo incepit conversari cum aliquibus beguinis de Villanova diebus dominicis et festivis, quorum beguinorum aliqui postea fuerunt combusti in Bitterris

Item inductus per quemdam quem nominat semel ivit apud Narbonam ad Fratrem Petrum Iohannis ad ecclesiam Fratrum Minorum et tunc visitaverunt Petrum Trancavelli de Bitteris, qui tunc morabatur in Narbona. *F° 9 v°*

Item post predicta quasi per unum annum ipse loquens et dicta alia persona iverunt versus Magdalenam ad Sanctum Maximum, et cum transirent per Montempessulanum, a casu invenerunt dictum Petrum Trancavelli, Guillelmum Verrerii et quosdam alios et alias beguinios et beguinias fugitivos, cum quibus iverunt versus Massiliam, Magdalensem, Avignonensem et alia loca, excepto dicto Petro Trancavelli qui male concordavit cum Guillelmo Verrerii, et ab eis recessit. Et postmodum in regressu ipsum Petrum Trancavelli in Massilia invenit et cum eo concedit et bibit. Et cogitat ipse loquens quod dictus Petrus Trancavelli iam aufugerat de Muro Carcassonensi, et sciebat omnes de societate esse beguinios et beguinias, sicut dixit.

Item a dicto domino Petro in itinere *F° 10 r°* predicto audivit quod multi beguini erant capti, sed malum infortunum eveniret eis qui eos capiebant, qui infra breve tempus tunc futurum, ut dicebat, insurgeret unus contra alium, et quod Deus non sustineret diu predita. Item quod male et horribiliter fecerunt illi qui Fratres Minores Massilie condempnaverunt, quia dicti condempnati erant boni homines, ut dicebat. -Interrogatus si credebat predicta, dixit quod non.- Interrogatus quare ergo ibat in societate eorum, et audiebat predicta, dixit quod sibi displacebat quia erat in tali societate, quod bene timebat quando erat cum dicto Petro

Trancavelli quod dictus Petrus cognosceretur, et quod caperetur; et quod quidam consanguineus ipsius loquentis qui invenit eum cum dicto Petro increpavit ipsum, dicendo : "Quomodo potestis vos ire cum tali homine, quia investi- **F• 10 v•** gabatur vel perquirebatur.

Item a dicto Petro audivit quod Frater Petrus Iohannis fecerat unam postillam super Apocalipsim in qua fiebat mentio de omnibus guerris et bricia venturis, scilicet quod Ecclesia, reges et nobiles et tota maneries gentium se destruerent. Quam scripturam seu postillam nec credidit nec discredidit ipse loquens, ut asserit, quia nesciebat quid inde crederet. Sed dictum Fratrem Petrum credidit esse sanctum non canonitatum.

- Interrogatus quare non cepit dictum Petrum vel revelavit, cum sciret eum esse fugitivum, dixit se nescire.

Comittens predicta celavit ea donec citatus et adiornatus et in Carcassone Burgo arrestatus fuit. Multa alia super quibus interrogatus fuerit medio iuramento negavit, de quibus habetur vehementer suspectus. Dixit se penitere.

---

(ANDREAS BERENGARII DE MONTAIGNACHO)

**F• 11 r•** Andreas Berengarii de Montaignacho diocesis Agathensis, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense decembris legitime constat, anno illo quo Fratres Kinores portantes habitus parvos et strictos qui dicebantur Spirituales fuerunt citati ad Curiam Romanam, et aliqui fuerunt per inquisitorem Massilie primati quandam, nocte venerunt ad domum suam duo de ipsis primatis in habitu seculari, quos ipse antea alias viderat et noverat dum essent in ordine, et receptavit eos in domo sua tribus noctibus et diebus, licet sibi dixissent quod quia date fuerant eis littere clause per suos superiores quibus mittebant eos conventus et remotos<sup>6</sup> et mandabant incarcerari, dimiserant habitum sue religionis et aufu- **F• 11 v•** gerant, nichilominus de bonis suis eis dedit ad comedendum et bibendum. Et audiverat dici causam quare dicti Fratres fuerant citati, et cogitabat quod citarentur quia erant rebelles domino Pape.

Comittens hec celavit ea donec accusatus et citatus fuerit, dicens quod non credebat male fecisse receptando eos. Recognoscit tamen quod si aliqui servientes vel Fratres minores perquisivissent eos in dicta domo sua, et voluissent eos capere, ipse occultasset et celasset eos et sibi displicuissest si fuissent capti vel incarcerati, quia nesciebat in eis aliquid malum, sicut dixit.- Interrogatus de eorum erroribus, nichil voluit confiteri. Suspectus est quod plura commisit quam recognoscit. Dicit se penitere.

(AGNES UXOR ANDREE BERENGARII)

Agnes uxor Andree Berengarii proximo dicti de **F• 12 r•** Montagniacho, sicut per ipsius confessionem factam sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense decembris in iudicio legitime constat, predictos apostatas in domo sua receptavit, credens eos esse a principio capellanos seculares, ut dixit, tum prima nocte scivit et cognovit eos fuisse

---

<sup>6</sup> Corr.: ad conventus remotos.

Fratres Minores et esse apostatas, et audivit eos narrantes qualiter aufugerent, quia per alios Fratres suos incarcernari timebant, cum eis comedet et bibit et de bonis suis et dicti mariti sui ad manducandum et bibendum eis dedit, ssciens fuisse de illis portantibus habitum curtum.

Dixit tamen quod illos portantes longum habitum meliores aliis reputare solebat.

Item audivit eos dicentes quod fuerant citati in Carcassone, et fuerant ibi. Item quod dixit eosdem apostatas, et postquam dimiserant habitum sue religionis et aufugerant credidit esse bonos homines **F• 12 v•** tamen displicentiam habuit quia sic sine habitu incedebant, quia albirabat in corde suo quod ipsi male fecissent apostando. Tamen credebat bene facere eos receptando, quia dicebant se velle reverti ad ordinem suum, asserens tamen quod non reciperet in domo sua libenter unum hominem quem sciret fecisse malum.

Item recognovit quod sibi displicuisset si dicti apostate fuissent inventi et capti in domo sua, et eos celasset si aliquis quesivisset eos, nisi fuisset per iuramentum requisita, et si simpliciter requisita sine iuramento celasset eos, bene facere credidisset.

Committens hec, ea per tres vel quatuor annos celavit, nec venit ad confitendum donec accusata fuit et vocata, et maliciose respondit. Dixit se penitere.

(PETRUS MASSOT DE BITTERIS)

Petrus Massot filius **F• 13 r•** quondam Petri Massot fabri basterii de Bitterris, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno millesimo trecentesimo vigesirno quinto mense novembbris legitime constat, sex vel septem anni possunt esse primo inductus per quemdam quem nominat familiaritatem aliquorm beguinorum qui postea fuerunt capti et detenti in Curia domini episcopi Bitterrensis, eosque semel visitavit, eis de fructibus misit, necnon et ipsos captos in Curia quandoque vidit, aliquosque libros eis custodivit cum domino Bernardo Peyrotas presbitero qui postea combustus fuit in Lodova.

Semel comedet in Montepessulano quos tunc non cognoscebat Guillelmum Verrerii de Narbonensi et eius uxorem in domo sua et alibi vidit, et cum eis comedet et bibit tam in Narbona quam in Bitterris, et quam- **F• 13 v•** vis dicat se nescire eundem Guillelmum et uxorem suam tunc esse fugitivos pro facto beguinorum, tamen tunc erant fugitivi, sicut per testes alios invenitur quando cum eodem Guillelmo Lanternerii et Verrerii aliquando ivit. Et tam in Montepessulano quam alibi cum aliquibus quos nominat qui sunt nunc fugitivi fuit.

Fratrem Petrum Iohannis olim esse salvum credidit, et ad eius sepulcrum causa adorationis dudum fuit. In domo sua quendam quem nominat recepit, qui erat magnus beginus, et in Montepessulano infirmum visitavit. Non recognoscit tamen se fuisse ipsum nec alios tenere aliquam opositionem vel errorem beguinorum.

-Interrogatus super articulis beguinorum omnia denegavit, nichil confitens de quo culpabilem se esse recognoscit. Accusatur tamen per alios testes quod fuit de **F• 14 r•** opositione eorumdem. Dixit se fuisse confessum in Curia domini episcopi Bitterrensis.

(ERMESSENDIS GROS DE GINHACO)

**Ermessendis Gros**, uxor quondam Ioannis Castanherii de Lodeva, habitatrix **de**

**Ginhaco** diocesis Bitterrensis, sicut per ipsius confessionem in iudicio factam sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto mensis novembris legitime constat, vigenti anni sunt elapsi inducta per quosdam Fratres quos nominat fecit votum castitatis.

Item unum de quatuor Fratribus Minoribus Massilie combustis novit, et apud Ginhachum vidit causa<sup>7</sup>, in qua dici audivit quare dicti Fratres fuerunt Massilie condemnati et combusti, videlicet quia dicebant quod portare debebant illam vestem brunam et strictam quam portabant, et non magnam **F• 14 v•** sicut alii portabant. Et hoc audivit apud Melgorium sicut dixit.

Item dum post predicta esset in Montepessulano audivit quod Na Pros Boneta beguina tenebat unum modum fatuum et aliquas fatuas opositiones, et quod Frater Raimundus Ioannis ordinis Minorum quem ipsa olim viderat in ecclesia Fratrum Minorum Narbonensium, dum fiebat festum de Fratre Petro Ioannis, fuerat et conversatus in domo predicte Na Prous Bonete. Et tunc cum aliquando persone alie nollent secum ire ad dictam domum, sola ivit ut ipsam Na Prous corrigeret super istis que sequuntur : Videlicet quod ipsa na Prous dicebat se recipisse Spiritum sanctum et habere gratias Dei ita perfecte sicut beata mater Christi habuerat, et quod ipsa poterat ire per mundum ubique, et quod gentes dicebant eam se- **F• 15 r•** qui, et quod quocumque ipsa iret Spiritus sequeretur eam, et quod qui non crederet ei moreretur mala morte, et quod in tantum devenerat ipsa na Prous quod steterat per magnum tempus quod noluerat confiteri, quia dicebat quod sacramenta Ecclesie non erant salutis, nec aliquid proficiebant ad salutem anime, et quod oportebat quod quicumque vellet habere gratiam Dei et baptisari in Spiritu sancto quod de terra sicut puer qui exit de ventre matris sue baptizatur totus nudus, prout hec omnia quedam persona sibi dixit.

Et ob hoc ivit ad dictam na Prous, et castigavit eam, dicendo sibi quod dimitteret errores predictos, que videlicet na Prous respondit sibi sic: "Ego nullum errorem teneo, imo teneo veritatem, quia bene sum a certificata quod habeo Spiritum sanctum, et quod sacramenta non **F• 15 v•** sunt salutis, nec aliquid valent, et cetera alia que dicta persona dixerat eidem, quibus auditis ip3a loquens signavit se signo crucis et comendavit se domino Iesu Christo et eius passioni et recessit sicut dixit.

Predictos errores ab ipsa audivit et cognovit esse errores et hereses, sciens etiam ut dixit esse iustum et rationabile quod quando una persona audit aliam dicere hereses vel errores seminare, quod debet eandem accusare et revelare, et tamen eam non accusavit nec revelavit, et hoc celando, nec credit bene facere nec male, sed hoc fecit sicut persona que vult fugere omnem malum, sicut dixit.

Item a quadam persona audivit apud Melgorium quod dicti Fratres Massilie condempnati volebant vivere in paupertate bona sicut Ecclesia a principio vivebat quandō fuit iniciata et incepta, et quantum in verbis ipsius **F• 16 r•** persone ipsa que loquitur potuit perpendere et intelligere, ipsa persona reputabat dictos Fratres Massilie condempnatos et combustos fuisse bonos homines et esse salvos et iniuste esse condempnatos.

-Interrogata si ipsa tunc credit ea que dicta persona dixit, respondit quod fuit tota attonita et abalorida. Et cogitans ad predicta et statim recogitans ad consentiam suam quod dicta persona dicebat contra sanctam Ecclesiam, noluit fidem adhibere dictis suis, nec credere quod ipsi condempnati essent salvi nec sancti.

Comittens hec celavit donec vocata et citata fuit. Dixit tamen se de hiis que super dictis Fratribus condempnatis audiverat a predicta persona confessam fuisse in Curia domini episcopi Magalonensis. Dicit se penitere.

---

<sup>7</sup> Sic.

(SIBILLIA CAZELLE DE GINHACHO)

**Sibilla Gazelle** uxor **F° 16 v°** quondam Guillelmi Gazelle **de Ginhacho** diocesis Bitterrensis, sicut per ipsius confessionem factam sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense novembris in iudicio legitime constat, unum de Fratribus Minoribus qui combusti fuerunt Massilie olim novit et uni illorum qui primati<sup>8</sup> fuerunt quandoque confessa fuit, de quo postea audivit quod primam<sup>9</sup> sibi impositam non compleverat.

Quarumdam beguinorum de Montepessulano decem anni sunt elapsi familiaritatem habuit, inter quas erant na Prous Bonete detenta in Muro et eius soror et socia, quas in earum domo aliquando visitavit, unamque ipsarum in domo propria apud Ghiniachum vidit.

De erroribus etiam illis quos dicta na Prous tenet et dicit a quadam persona loqui audivit, qui errores sunt tales, videlicet quod dicta na Prous **F° 17 r°** dicebat se recepisse Spiritum sanctum et asserebat se esse ita sanctam virginem quam sahcta fuerat beata Virgo Maria.

Item a quadam alia persona audivit quod dicta na Prous dicebat quod Deus transportaverat animam in coelum et sibi ostenderat suam divinitatem et totam ternitatem<sup>10</sup>, et quod sacramenta Ecclesiastica non erant salutis, et multa alia mala et errores. Tamen dictis erroribus non credidit, sed dicte persone de ipsis erroribus loqua fuit.

Item a quibusdam Minoribus audivit quod illa vita et regula quam sanctus Franciscus tenuit, et vita illa quam Jesus Christus et Apostoli tenuerunt erat tota una, et eadem, et ita credidit sicut dixit, quia sic a Fratribus Minoribus predicari audivit.

Item a quibus<sup>11</sup> personis de quare nomina dixit se non recordari audivit dici quod Fratres Minores Massilie et beguini Narbonen- **F° 17 v°** ses et alii condempnati erant indebita et iniuste condempnati, et quod erant sancti et martires gloriosi; tamen tunc inde credidit id quod sancta mater Ecclesia, scilicet dominus Ioannis papa, cardinales et prelati inde credunt, et credit quod si dominus Papa non invenisset eos fore hereticos, non fecisset eos condempnari; dicens quod quando audiebat ut supra dixit predictas personas reputare dictos condempnatos esse bonos homines et indebita esse condempnatos et esse sanctos, aliquando ipsa credebat quod dicte persane bene dicentes eos reputando bonos homines et sanctos, et aliquotiens cogitabat in corde suo quod sancta Ecclesia non condempnaret eos nisi inveniret in eis aliquem errorem heresis. Et tunc credebat quod dicte persane **F° 18 r°** dicentes eos reputando indebita condempnatos. Tamen fere frequentius stabat in hoc quod sancta Ecclesia inde feceret, videlicet quod essent iuste condempnati, et ille persone male dicentes eos sustinando. Et nunc in hoc ultimo proposito persistit, sicut dixit.

Item scripturam Fratris Petri Ioannis credit esse bonam et catholicam, et dictum Petrum Ioannis esse sanctum, et quandam filiam suam que patiebatur infirmitatem in gutture,

<sup>8</sup> Corr.: penitentiati.

<sup>9</sup> Corr.: penitentiam.

<sup>10</sup> Sic.

<sup>11</sup> Corr.: quibusdam.

scilicet scrottos, ad sepulcrum suum duxit et curata fuit, et credidit tunc et adhuc credit quod per orationem dicti Fratris Petri curata fuerit, quem Fratrem Petrum adhuc credit esse in paradiiso. licet dicat se audivisse quod in scriptura sua continentur errores, sed audivit insuper quod in fine supposuit eam correctioni sancte *F° 18 v° Ecclesie.*

Committens predicta non venit ad confitendum ea dc nec capta seu citata fuit, et cavit et comparuit, negavitque a principio se audivisse errores de na Prous a quacumque persona, tamen postea recognovit ut superius est expressum, dicto sibi tamen antea quod per sociam suam erat accusata. Dicit se penitere. Male confessa reputatur.

(GUILLEMUS FRENERIUS DE THOLOSA)

**Germanus Frenerius de Tholosa habitator Carcassone** sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo mense iunii delatus et preventus per tres testes in iudicio receptos quod multa verba blasfema dixerat et protulerat contra dominum Ioannem Papam vicesimum secundum et in favorem Bavari qui se gerit pro imperatore ac illius Fratris Mino- *F• 19 r•* ris qui dicebat se factus novus Papa, et specialiter asseruerat ipse Germanus inter cetera quod dictus Ioannes Papa Avignonis non erat debito modo electus, et quod in illa electricne que facta fuit de ipso, ipse dominus Ioannes promiserat cardinalibus que ipsum elegerent quod prima vice quod poneret pedem in screpa iret ad Sanctum Petrum Romam in antiquam, et quod electio sua fuerat simoniacha, quod ideo non erat verus Papa et legitime electus, et fecerat duodecim et tredecim cardinales. Quique se<sup>12</sup> ipse Ger manus haberet pecuniam accederet ad Minorem quem dicebat esse verum Fapam, et multa alia inseruit contra dictum dominum Ioannem Papam vicesimum secundum, vilipendendo eum et notando miseria et paupertate, subiungendo quod ex quo fuerat fac- *F• 19 v•* tus Papa mundus non fuerat in pace, dicens quod steterat cum eodeu domino Ioanne eo tempore quo erat Foroiuliensis episcopus, et cetera prout in depositionibus contra ipsum habitis superius continentur.

Captus et super premissis interrogatus negavit se dixisse predicta contra proprium iuramentum et in iudicio constitutus, propter quando<sup>13</sup> fuit in carcere detenus ubi stetit usque mensem novembris predictum, et hoc mense in iudicio constitutus iterum medio iuramento negavit se dixisse predicta de quo recordetur, et si ea dixerit erat ebrius, et nesciebat quod dicebat. Et dicto sibi quod per testes erat convictus, finaliter dixit se velle et stare et credere depositionibus dictoruw testium et habere ea pro confessatis per eum acsi ore proprio confessus esset, supplicans inquisitori misericorditer secum *F• 20 r•* agi, et penitens de predictis si et quia ea dixit.

(BERNARDUS CASTILLON CEDERIUS  
DE M0NTEPES3ULANO)

**Bernardus Castillon cederius de Montepessulano** sicut per ipsius confessionem in iudicio factam sub anno millesimo trecentesirno vigesimo quinto mense augusti legitime constat, quibusdam beguinis quandam domum suam sitam in degua Montepessulanii amore

<sup>12</sup> Sic.

<sup>13</sup> Sic.

Dei accommodavit, et eas ibi frequenter visitavit, aliudque hospitium pro ipsis emit, in quibus habitabant, et in quibus ipse frequenter eos vidit, et de bonis suis frequenter eis elemosinam fecit, et demum captis et detentis eisdem in carcere domini Magalonensis episcopi eos visitavit et de suis bonis dedit.

Item Fratres Minores habitum strictum et parvum portantes tempore dissensionis mote inter **F• 20 v•** eos et alios meliores aliis reputavit. Post combustionem vero illorum quatuir Messalie combustorum a predictis beguinis antequam condamnarentur audivit quod dominus Papa non poterat diminuere de virtute aliquid, nec de virtute facere vitium, et quod regula Fratrum Minorum erat Evangelica, et idem ipse Papa non poterat aliquid dirinuere de virtute nec in votis Evangelicis dispensare, que vota Evangelica dicebant esse paupertatem, obedientiam et virginitatem.

Item quod non potuerat dispensare quod unus cappellanus duceret uxorem nec quod Fratres Minores haberent granaria et cellararia. Item quod non potuerat nec debebat fecisse illam decretalem quam fecerat super granariis et cellarariis.

Item audivit ab eis beguinios Narbone in Capitestagno, Bitterris et Lodove condempnatos et **F• 21 r•** combustos reputari bonos homines et catholicos, sanctos et dici sanctos martires, et hoec omnia credebat tunc et credidit donec advertit quod dicti condempnati errabant contra articulum fidei de sancta Ecclesia catholica et de potestate domini Pape.

Item beguinios Lunerello<sup>14</sup> compbustos credidit esse iniuste condempnatos et credidit eos esse salvos, et fuit in illa credentia a tempore dicte condemnacionis usque ad medium annum subsequenter vel circa, ut sibi videtur de temporis quantitate.

Item audivit ab eis quod Papa, cardinales, prelati et alii de Romana Ecclesia erant Ecclesia carnalis.

Item quod Chbistus et apostoli non habuerant aliquid in proprio nec in communi, et nonnullos errores ab eis audivit, quos et credidit sicut dixit.

Aliquibus fugitivis eleemosinam fecit. Nesciebat tamen eos esse fugitivos.

**F• 21 v•** Fratrem Raimundum Iohannis apostatam ab ordine Minorum Spiritualium de quo sibi dictum fuit quod erat talis in quadam domo Montispessulanii iacentem infirmum vidit, et sibi et quibusdam beguinabus et uni beguino de Paleis<sup>15</sup> misit.

Committens hoc a decem annis et citra. Non venit ad confitendum predicta nec recognovit donec captus et adiornatus fuit apud Carcassonam, et presens in Montepessulano negavit veritatem contra proprium iuramentum, quam postea recognovit. Dictum apostatam non cepit nec revelavit. Dicit se penitere.

(IOHANNES DE PETRA DE MONTEPESSULANO)

**Iohannes de Petra** sartor filius quondam Guillelmi de Petra, oriundus de parrochia Vallis Fontesque diocesis Mimatenensis, habitator **Montis- F• 22 v• pessulani**, sicut per ipsius confessionem in iuditio sub anno millesimo trecentesimo vigesimo sexto mense novembris et ianuarii factam legitime Nobis constat, a tribus vel quatuor annis vel circa ante tempus confessionis facte per eum de infrascriptis contra Guillelmum Verrerii de Narbona et Petrum Dayssan de Bitterris pro heresi fugitivos in domo propria multo tempore receptavit,

<sup>14</sup> Corr.: Lunello.

<sup>15</sup> Corr.: paleis ?

cum eis comedit et bibit et ad diversa loca in eorum societate ivit, multosque alios fugitivos et alios de credentia beguinorum combustorum etiam in dicta domo sua et alibi vidit et associavit et cum eis comedit et bibit frequenter, etiam Fratrem Raimundum Ioannis apostamat ab ordine Minorum et a fide fugitivum in dicta domo propria ad prandium invitavit, sibique comedere et bibere de suis bonis dedit:

in festo Fratris **F° 22 v°** Petri facto per eos in Montepessulano interfuit et comedit, aliasque multipliciter et diversi modo cun: ipsis fugitiVB et quibusdaD aliis de credentia beguinorum conversatus fuit, non cum omnibus simul, et semel, sed diversis vicibus aliquando cum uno, alia cum duobus vel pluribus sicuti veniebant, sciens eos esse tales.

Item ab eisdem fugitivis et beguinis seu aliquibus eorum errores infrascriptos audivit, videlicet quod beguini qui fuerunt condempnati et combusti in Narbona, Capitestagno, Bitterris, Lodova et Lunello et alibi fuerant boni homines et catholici, et fuerant indebita et iniuste condempnati, et quod erant sancti martires gloriosi, et idem audivit a quodam quem nominat dici de Fratribus Minoribus Massilie combustis, videlicet quod erant iniuste condemnati, et **F° 23 r°** quod erant mortui sancti martires gloriosi, et erant in paradiſo, et quod tenuerant sanctam vitam et bonam et viam veritatis et paupertatis, et quod propter hoc inquisitores condempnabant eosdem.

Item audivit ab eodem quem nominat quod dominus Papa qui nunc est non est verus Papa sicut fuit sanctus Petrus, nec habet illam potestatem quam dominus Iesus Christus dederat beato Petro, quodque si fuisset verus Papa non consentiret nec sustineret quod dicti beguini et Fratres Minores condempnarentur, qui tenebant viam Dei et veritatis.

Item quod cardinales et alii prelati Ecclesie Romane sustinebant et faciebant predictas condempnationes propter favorem et timorem dicti dominiPape, dicens ipse Ioannes quod inductus per dictum hominem predictos errores credidit, scilicet **F° 23 v°** dictos condempnatos credidit fuisse iniuste condemnatos et esse sanctos et maritres gloriosi et esse in paradiſo. Credidit etiam quod dictus dominus Papa non esset verus Papa propter condempnationem predictorum, sicut a predicto homine et pluribus aliis quos nominat se asserit audivisse. Et fuit in credentia predictorum errorum ab illo tempore citra quo predictus homo sibi predictos errores dixit usque ad illum tempus quo fuit in Montepssulano arrestatus de mandato inquisitoris, et tunc penituit, ut asserit, de predictis.

Item audivit a quibusdam, scilicet a predicto Guillelmo Verrerii et aliis quod si unus homo fecisset votum eundi ad Sanctum Iacobum, quod melius faceret si daret pecuniam illam quam expendere posset in via pauperibus latantibus, et non **F° 24 r°** aliis qui publice mandicabant, quia sanctus Iacobus vel aliquis alias sanctus non indiget oblationibus que sibi offerebantur

Item quod si unus homo promiserit alicui sancto vel beate Marie Virgini unam candelam, melius faceret si dictam candelam vel eius valorem daret pauperibus, et hoc credidit ipse loquens, et in ipsa credentia stetit per unum annum vel quasi sicut dixit.

Committens predicta a prefato tempore citra celavit ea nec confiteri voluit donec captus et longo tempore sub arresto positus, et denique in Muri carcere detenus fuit et contra proprium iuraDentum de predictis celavit, et negavit expressius a principio veritatem nec dictos fugitivos detexit nec capi procuravit. Dicens de penitere.

(IOHANNES ORLACH DE MONTEPESSULANO)

**Iohannes Orlach F° 24 v°** filius quondam Bernardi Orlach de Montepessulano sicut per ipsius confessinm sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto

mense novembris et vigesimo sexto mense septembbris legitime constat novem anni sunt complecti instructus per uxorem suam quosdam beguinios habitatores tunc in Montepessulano visitavit, et ex tunc eorum noticiam et familiaritatem habuit, qui beguini fuerunt postmodum in Lunello combusti, eosdem in carcere primo detentos vidi, et vinum eis dedit; apud Lunellum in combustione eorum interfuit; Guillelmum Serrallii<sup>16</sup> et Ramundum Bigauda de Lodova et Fratrem Raimundum Iohannis apostamat ab ordine Minorum et a fide in domo sua et alibi **F• 25 r•** pluries visitavit, associavit et duxit, et specialiter dictum Fratrem Raimundum Ioannis usque ad Millianum conduxit. Dictoque Guillelmo ad habitandum quandam domum locavit et de salario vel logerio partem solvit. De uno loco ad alium eundem Guillelmum infirmum super humeros suos portavit. De pecunia, vino et aliis rebus suis eundem iuvit ad vivendum. In quodam convivio facto ad honorem Fratris Iohannis facto per eos tali die quali dictus Prater obierat interfuit et impenses ibi factas de suo proprio ministravit. Quondam<sup>17</sup> filium suum infirmum dicto Fratri Petro sicut sancto devovit et ad eius sepulcrum portavit, credens ipsum filium fuisse sanatum per dicti Fratris Petri merita quem reputabat sanctum. Ac credebat, sicut dixit<sup>18</sup> dictos fugitivos sciebat esse tales, et eos non detexit nec capi fecit ab aliquibus personis.

Istos errores **F• 25 v•** audivit, scilicet quod dominus Papa non poterat in regula Pratrum Minorum dispensare nec eis granaria et cellararia concedere.

Prefatos beguinios in Lunello per Ecclesiam condempnatos audivit apredictis personis et aliis reputari bonos nomines fuisse et bonos Christianos, et obiisse sanctos, et bonam et sanctam vitam tenuisse, et bonum finem fecisse~ et hoc idem credidit ipse loquens, et in dicta credentia stetit et perseveravit ab illo tempore condempnationis eorum usque diem qua confessus fuit de predictis anno vigesimo sexto mensé septembbris.

Cammittens predicta a prefato tempore novem annarum citra celavit nec ad confitendum de predictis veniebat dum captus fuit, sed ad visitandum na Prous Baneta heresiarcham in dicto Muro detentam venit, auditaque captione prefati Guillelmi Serrallii<sup>19</sup> citatus per **F• 26 r•** officiale Magalonensem fugit a principio. Cognomen suum mutavit ne cognosceretur esse talis. Nec predictam fidem voluit donec captus fuit et in Muro detenus per unum annum vel circa multociens deieravit et tandem locum ad quem duxerat dictum Fratrem Raimundum apostamat declaravit, ibique per declaratianem huiusmodi idem apostata adhibita diligenti perquisitione in Vasconia captus fuit, et ad Murum Carcassone preductus. Dixit se penitere.

(ALISSETA BONETE DE MONTEPESSULANO)

**Alisseta Bonete** filia Durandi Boneti de Sancto Michaele de Lacadiera diocesis Nemausensis que fuit habitatrix **Montispessulani** per viginti duo anni, sicut dixit, et est soror Na Prous Bonete, sicut **F• 26 v•** per ipsius Alisseta confessionem factam sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense :novembris legitime constat, Guillelmum Verrerii, Guillelmum Serrallerii, Fratrem Raiiundum Ioannis apostamat ordinis M:inorum pro heresi fugitivos et multos alias homines et mulieres de credentia beguinorum

<sup>16</sup> Corr.: Serrallerii.

<sup>17</sup> Corr.: quemdam.

<sup>18</sup> Sic.

<sup>19</sup> Corr.: Serrallerii.

combustorum in domo dicte na Prous cum qua morabatur multociens et diversis temporibus vidi, non omnes simul se modo unum, modo duos et alias secundum magnum et minus prout veniebant, et cum eis comedit et bibit, et de bonis suis eis dedit, nesciens a principio sed tamen postea satis consciens eos esse tales, et nichilominus cum eis postmodum sicut et antea extitit conversata.

Item in sermonibus publicis predicari audivit quod regula Fratrum **F• 27 r•** Minorum et Evangelium erant idem, et ita credidit sicut dixit.

Item audivit quandoque dici, et ita credidit, quod dominus Papa non poterat in dicta regula Fratrum Minorum dispensare nec unam religionem aliam transmutare, scilicet unum Fratrem Minorem mutare in ordine Predicatorum et specialiter quod cogitabat quomodo hoc posset esse quod qui debet esse minister Dei posset facere de bono malum et postmodum revertebat ad seipsam et cogitabat intra se et dicebat sic: "Tu non credis tibi ipsi nec tue opinioni soli adhreibis, sed semper tenebis te cum determinatione et fide sancte Ecclesie Dei" et sic postea credebat quod dominus Papa dicta facere posset.

Item audivit dictum Guillelmum Verrerii dicentem quod non timebat quemque qui diceret et crederet beguinios qui fuerant combusti Narbone **F• 27 v•** esse bonos homines, et specialiter unum qui vocabatur Frater Madius quod multipliciter comendabat.

Item beguinios et beguinias in carceribus episcopi Nagalonensis detentos qui postea fuerunt in Lunello combusti in ipsis carceribus visitavit et specialiter Guillelmam de Mirapisce. -Interrogata pluries quid de ipsis condemnatis credebat, an iuste vel ihiuste fuissent condemnati, responait pluries se inde creare quod sancta mater Ecclesia credit, et aliter respondere nolebat. Finaliter tamen resporndit se credere quod essent iuste condemnati.

Item audivit a sorore sua nomine Na Prous predicta dicente quod ipsa na Prous fuerat transportata in celum et quod intus erat caput suum in latere Christi, et quod viderat claritatem totius Trinitatis.

Item quod dominus Iohannes Papa qui nunc est des- **F• 28 r•** truxerai Evangelium domini nostri Iesu Christi et quod sacramenta non erant salutis, quod dictus dominus Papa perdiderat suam potestatem papalem, ex quo condemnaverat scripturam Fratris Petri Iohannis, quem bonum hominem reputabat.

Item audivit ab ipsa na Prous sorore sua dicente quod ipsa na Prous habebat ita completam gratiam Spiritus sancti sicut Virgo Maria habuerat.

Item audivit a dicta na Prous errores et hereses contra Papam quem comparabat Herodi et Antichristo, et quomodo dicebat peccatum ipsius Pape, scilicet domini Iohannis fuisse tantum quando fecit beguinios condemnari quod fuit peccatum dicti Herodis quando fecit decollari innocentes, et peccatum Ade quando comedit pomum. et alios a predicta sorore sua audivit errores et hereses tam contra Papam quam **F• 28 v•** contra Romanam Ecclesiam et prelatos et sacramenta Ecclesiastica, que dicebat adnullata fuisse et cetera pro maiori parte que in extractione confessionis dicte na Prous proxime lecte plenius continentur. Qui errores causa brevitas hic inseri ommittuntur.

Dicens ipsa que loquitur quod quandoque meditata fuit intra se: "Quid hoc esse posset de his que dicta soror sua sibi dicebat", et quandoque considerabat quod Deus poterat facere omnia et quod potuerat dictam sororem suam sic sua gratia inspirasse. Credebat quod ea que dicta soror sua dicebat esse<sup>20</sup> bona et vera et a Deo sibi data, et postea cogitabat in corde suo quod esset tentacio vel illusio et opus diaboli. Tamen finaliter dixit in iudicio ipsa loquens quod tunc uliimo est in proposito et credentia de predictis que a dicta sorore **F• 29 r•** sua audivit quod non auderet dicere nec credere determinate quod esset demonum opus vel illusio aut temptatio, quia timeret iudicium Dei super hoc, et timeret quod Deus propter hoc puniret ipsam loquentem. Et etiam vult credere determinate quod totum sit opus Dei et Spiritus sancti

<sup>20</sup> Corr.: essent.

et quod pocius credit quantum ad aliqua. Verumtamen quantum esse possent contra Banctam Ecclesiam Dei nollet ea tenere sicut dixit. Et exposito sibi per locumtenens inquisitum<sup>21</sup> quod ea que a dicta sorore sua audivit sunt errores et heretioalia et contra fidem et sanctam

Romanam Ecclesiam et opus diaboli, inquisita, rogata, monita et hortata quod predicta omnia et specialiter que dicta sunt contra sacramenta Ecclesiastica et contra potestalem Papalem revocaret et abiuraret, et quod dictam **F° 29 v°** sororem suam reputaret hereticam et heresiarcham, et dictos condempnatos et combustos esse hereticos et ita se credere iuraret, respondit quod hoc non iuraret aliquo modo, quia nescit iudicia Dei qualia sunt, nec ad quem finem poterit deducere supradicta, et sic in predicta pertinacia quasi per annum vel circa extitit obstinata, pluries super hoc requisita.

Tandem vero postquam in dicto carcere longo tempore perstitisset, gratis et sponte absque monitione et requisitione dixit se penitere de predictis et omnia predicta et singula abiuravit in iudicio constituta. Dicit se penitere.

Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo die vicesima octobris confirmavit coram Fratre Henrico de Chamayo inquisitore, presentibus Fratribus Poncio de Massitis, Ioanne Peyrelli, G. de Au- **F° 30 r°** tissiodoro ordinis Predictorwn et magistro Iacobo de Pol.<sup>22</sup> et magistro Meneto notario qui hoc scripsit in nota.

(ALISSETA BEDOCII DE MONTEPESSULANO)

**Alisseta seu Alaraxis** filia Bernardi **Bedocii** oriunda de parrochia Sancti Stephani de Brequesenhegnez diocesis Nemausensis, habitatrix Montispessulani per viginti annos et ultra sicut dixit cum na Prous Bonete et sorore sua predictis, sicut per ipius Alissete confessionem in iudicio factam sub anno millesimo trecentesimo vicesimo quinto mense novembris legitime constat, Guillelmum Serrallerii fugitivum pro facto heresis et beguinorum combusotrum et Fratrem Raimundum Ioannis apostamat ab ordine Minorum qui tenebat ordinem illorum qui dicebantur Spirituales in dicta domo na Prous et sua **F° 30 v°** vidit et receptavit et eis dedit ad manducandum et bibendum, et cum eis inibi comedit et bibit, eosdemque alibi visitavit etiam postquam audiverat dici et sciebat eos esse tales et tenere opiniones beguinorum combustorum.

Item audivit a predicta na Prous dicente quod sacramenta Ecclesiastica non erant salutis, sed perdiderant suam virtutem et potestatem, et quod hoc sibi dixerat dominus Deus, et vidit tempus ipsa loquens quo dicta na Prous recusabat confiteri peccata sua et comunicare seu recipere corpus Christi.

Item audivit a predicta na Prous errores et hereses qui et que per ipsam na Prous confessati sunt et superius fuerunt recitati vel saltem maiorem partem ipsorum errorum et heresum, que dicta na Prous depositit et dixit contra dominum Papam Ioannem vicesimwm secundum et eius auctoritatem et potestatem, et de **F° 31 r°** gratia sancti Spiritus ei data et quod iste dominus Papa destruxit Evangelium.

Item de opere sancti Spiritus inchoata, eet quod nullus poterat salvar nisi crederet in opere Spiritus sancti.

Item quod in tempore illius Spiritus sancti nullum peccatum in patria aliqua remaneret, et quod non oporteret personam aliquam confiteri, nec missas celebrare, nec uti sacramentis,

<sup>21</sup> Sic.

<sup>22</sup> Poliniaco.

quia omnia persona haberet Deum.

Item quod in dicto tempore non uteretur aliquis sacramento baptismi, et plures alios errores audivit a dicta na Prous, quos in sua confessione plenius et seriosius recitavit.

Item Fratres Minores Massilie et beguinios et beguininas combustos et combustas Narbone, Lunelli et alibi credidit esse bonos homines et iniuste condemnatos, excepto quodam de quo audivit dici quod erat magnus **F° 31 v°** hereticus qui fuit combustus in Narbona. Et fuit in credentia supradicta a tempore condemnationis dictorum Fratrum Minorum et per consequens beguinorum successive usque ad tempus quo fuit capta in Muro et detenta.

Item errores predictos et alios quos a dicta na Prous audivit credidit et ea que ab ipsa na Prous audiebat credidit esse vera; crediditque quod ita contingere deberent quemadmodum ipsa na Prous dicebat et credidit quod esset opus Dei, et in hac credentia fuit usque ad dictum tempus quo confessa fuit de predictis in dicto muro, sed nunc dicit se velle stare de et super predictis correctioni et decimationi sancte matris Ecclesie et domini inquisitoris vel eius locumtenentis. Et dicto sibi et exposito quod predicta que ab ipsa na Prous audivit et se audivisse et credidisse recognovit sunt **F° 32 r°** erronea et hereticalia et contra fidem catholicam Romane Ecclesie et contra potestatem doini Pape, requisita quod ita crederet et predicte correctioni acquiesceret et predicta omnia abiuraret et revocaret, dixit se velle stare dicte correctioni et acquieavit, et errores predictos quos tenuerat abiuravit et iuramento medio revocavit.

Comittens hoc a tempore condemnationis dictorum Fratrum Minorum Massilie citra, celavit ea nec confiteri voluit donec capta et in Muro detenta fuit, pluriesque deieravit in iudicio constituta. Dicit se penitere.

(BERNARDUS FENASSE DE ALBIA)

**Bernardus Fenasse de Albia**, sicut per ipsius confessionem factam sub anno millesime trecentesimo **F° 32 v°** vigesimo quarto mense februarii in iudicio legitime constat viginti quinque anni usque ad tresdecim possunt esse vel citra in domo propria Bernardum del Boc hereticum et suendam alium nomine Desirier similiter hereticum adductos illuc per duos homines quos nominat vidit et eorum predicationem audivit, instructusque per ipsos duos homines qui sibi dictos hereticos comendabant, dicendo quod sciebant multa bona verba et quod erant boni homines, flexis genibus adoravit manusque dictorum hereticorum osculatus fuit, dicendo "Benedicite". Dictusqùe hereticus manum suam supra caput ipsius loquentis posuit, dicendo quedam verba que ipse testis non intellexit.

Item eosdem duos hereticos postea apud Albiam in duobus aliis hospitiis que specificabat et in quodam horto **F° 33 r°** ductus illuc per aliquos vidit, visitavit et modo quo supra flexis genibus adoravit dictos hereticos, credidit esse bonos homines et tenere bonam vitam, fidem et sectam et se posse salvari in fide eorum, et in dicta credentia stetit per spatum duorum vel trium annorum vel circa, videlicet usque audivit eos condemnari et malos homines reputari, et tunc dimisit credentiam supradictam.

Item in quodam tractatu habito Albie dponendo ignem in domo episcopali Albiensi ut dum gentes vacarent ad extingendum ignem alie gentes extraherent incareratos pro heresi de carceribus dicti domini episcopi interfuit et consensit. Tamen finaliter dictus tractatus propter timorem fuit ad consilium aliquorum revocatus et retractatus, sicque ignis non fuit intrusus nec dicti incarerati fuerunt extracti de carceribus supradictis.

Committens hoc **F° 33 v°** temporibus supradictis non venit ad confitendum peccata usque sub anno millesimo trecentesimo vigesimo quarto mense ianuarii fuit vocatus et citatus et tunc confessus fuit, dicens quod semper ex quo penituerat fuerat in proposito veniendi ad confitendum, sed non audebat propter timorem amicorum illorum qui fuerant condempnati, timens quod ipsum interficerent sicut et aliqui fuerant interfici. Dicit se penitere, dicens quod quando comisit predicta non erat nisi etaits quindecim annorum.

(PETRUS ASTRUC CIVIS ALBIENSIS)

**Petrus Astruc civis Albiensis** sicut per ipsius confessionem factam sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto mense februarii in iudicio legitime constat viginti octo anni vel triginta potuerunt **F° 34 r°** esse vel circa tempore confessionis facte per eum de infrascriptis, duo homines de Albia quos nominat venerunt ad operatorium suum et dixerunt sibi sic: "Signeur Peyre, in villa ista venerunt duo probi homines qui sunt sancti homines et boni et bene consulti, et sciunt multa bona verba, quare bonum est quod vadamus ad eos visitandum", et dixit quod non habebat spacium eundi, et ita dicti duo homines recesserunt. Et die sequenti et etiam tertia redierunt, et modo simili enm rogaverunt quod iret ad eos videndum, quod facere ipse semper recusavit sicut dixit.

Postea vero nocte diei tertie dicti duo homines ad dictum operatorium redierunt, et secum duos homines hereticos quos tunc non cognoscebat, sed postea eos nominari audivit Bernardum del Boc et Desirer addu- **F° 34 v°** xerunt, qui heretici predicaverunt de epistolis et Evangelii et de quibusdam aliis de quibus dicit se non recordari. Qua predicatione facta ipse cum aliis presentibus dictos hereticos flexis genibus et amotis capuciis et dicendo "Benedicite" adoravit dictos hereticos imponentes eis manus supra caput.

Item postea dictos duos hemmticos vel saltem unum ex ipsis, non tamen est certus de ambobus in duabus aliis locis quos specificabat vidit, et modo quo supra cu aliis presentibus adoravit. Dictos hereticos credidit esse bonos homines et tenere bonam vitam, fidem et sectam et quod homo posset se salvare in vita et secta eorum, et stetit in dicta credentia per medium annum vel circa.

- Interrogatus quatinus tardavit tantum venire ad confitendum predicta, dixit quod quia diabolus tenebat sibi carriaram, et linguam cantatam.

Committens **F° 35 r°** predicta celavit ea per tempora supradicta, donec citatus fuit, et tunc confessus fuit supradicta. Dixit tamen quod cuidam religioso confessus fuerat de predictis, sed ipsum abolvere noluit. Dicit se penitere.

(RAIMUNDUS IOHANNIS APOSTATA ORDINIS MINORUM)

**Raimundus Ioannis apostata ordinis** }:inorum oriundus **de Montereali**, olim de societate illorum Fratrum qui portabant habitum curtum et strictum et qui nolebant habere granaria et cellaria et nuncupabantur Spirituales, sicut per ipsius confessionem in iudicio factam sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto mense octobris legitime constat, triginta tres anni sunt elapsi intravit ordinem Minorum, et in eo professus stetit usque **F° 35 v°** ad principium creationis domini Ioannis Pape vicesimi secundi, et tunc cum aliis

Fratribus habitum curtum portantibus hoc<sup>23</sup> et ad Romanam Curiam appellantibus, et<sup>24</sup> eorum appellationibus adhesit et cum aliis citatis ad Romanam Curiam accessit, et coram dicto domino Papa primo, et postea coram commissariis per dictum dominum Papam deputatis comparuit, et tandem ad obedientiam sui ordinis remissus, et per custodem sue provincie ad conventum Andusie cum litteris missus aliquo tempore ibi stetit.

Et auditio vel intellecto per eum quod inquisitor Massilie ordinis eorum super pravitate heresis socios ipsius respondi citerbat, et eos abiurare heresim compellebat, a dicto conventu cum quodam socio in dicto habitu religionis recessit, et postea per aliquod tempus portavit apud Bitter- **F° 36 r°** rim veniens in quadam domo quam nominat cum socio suo et aliis apostatis dominabus<sup>25</sup> dicte domus tribus annis et amplius latitavit.

Dictum<sup>26</sup> vero per diversa loca alia ultramarina et citramarina in Provincia ultra Rodonem<sup>27</sup> et citra ac etiam in Ruthenesio et Vasconia dimisso sui ordinis habitu et sumpto seculari ad modum secularis presbiteri discurrit, et vagavit.

Item cum Petro Trencavelli de Bitterris quem sciebat aufugisse de Mnro Carcassone ubi captus pro crimine heresis begguinorum et etiam necnon et Guillelmo Verrerii, Guillelmo Serrallerii et quibusdac aliis begguinis fugitivis pro eodem crimine, quesitisque in diversis partibus extitit conversatus, librosque Fratris Ioannis portantes, in Provinciam associavit, missas quoque communiter celebravit et curam animarum **F° 36 v°** in Vasconia tenuit et rexit, et pecuniam tenuit et tractavit, licet dixerit et confessus fuerit quod secundum eorum regulam nichil debent habere nec in proprio nec in comuni, asserens quod finaliter et principalis causa quare suum ordinem divisi fuit, pro eo quia tota questio que pro ipso et aliis sociis suis in Romanam Curiam ducebatur et que faciebat primo pro ipso et sociis per inquisitorem Massilie committebatur et revolvebatur super capita eorum per violentiam et non per iustitiam, quia alii Fratres de Communitate non permittebant eos tenere suam regulem, nec summam constitutionis domini Nicholai Pape tertii.

Item postillam Fratris P. Ioannis olim factam super Apocalipsi per dictum dominum Papam tanquam hereticam et erroneam sententialiter condempnatam tenuit et eervavit postquam audiverat **F° 37 r°** eam fuisse condempnatam, sciens quod male faciebat.

Item a Fratre Guillelmo Giraudi audivit quod tempas esset adhuc quod unus imperator subiugaret Ecclesiam et dominaretur in civitate Romana, et tunc dicta civitas vocaretur Babilon meretrix magna que confundent et destruent ea que sunt Christi quantum in se erant.

Item a quodam quem nominat audivit ut dixit quod constitutio per dictum dominum Ioannem Papam vicesimum secundum facta super granariis et cellariis habendis per Fratres minores erat iniusta et quod dicti Fratres non tenebant ei obedire, et quod illi qui fuerunt condempnati propter hoc quod noluerant dicte constitutioni obedire sunt iniuste et indebite condeppnati, et quod precepta et finem in ea lata non ligabant eos. Tamen hoc ipse loquens non creditit, sed contrarium sicut dixit.

Item a qui- **F° 37 v°** busdam quos nominat audivit begguinos Carcassone combustos vocari sanctos et sanctas martires et etiam specialiter quandam feminam combustam in Lunello. Hoc tamen non creditit sicut dixit.

Item ipse loquens cuidam persone quam nominat predicavit quod Papa quicumque sit non potest mutare votum castitatis contra voluntatem illius qui vovit castitatem, nec mutare votum paupertatis Evangelice factum per aliquam personam que voverit vivere sine proprio, dum tamen dicta vota sint debite facta, et ita creditit et adhuc credit sicut dixit, et crebet nisi contrarium sibi ostendatur per sacram Scripturam, asserens se credidisse et adhuc credere

<sup>23</sup> Suppr. hoc.

<sup>24</sup> Suppr.: et.

<sup>25</sup> Sic.

<sup>26</sup> Sic.

<sup>27</sup> Corr.: Rodanum.

quod dictus Papa non potest ex quacumque causa dicta duo vota castitatis et paupertatis mutare, dum tamen sint debite facta. Finaliter tamen dixit quod **F<sup>•</sup> 38 r<sup>•</sup>** paratus est credere summo Pontifici de predictis, et quod dixit esse tenendum.

Item asseruit se credidisse et adhuc credere quod dictus dominus Papa non posset ipsum tam vel alium Fratrem Minorum absolvere a voto castitatis et paupertatis, nec mutare in ordinem monachorum nigrorum taliter quin semper teneatur vivere sine proprio et in castitate, quia semper tenetur ad observantiam dictorum duorum votorum et non tenetur ipse vota frangere pro ipso Papa vel eius ordinatione.

Item dixit se credere quod Papa posset dispensare quod Fratres Minores haberent in communi, sed non in proprio, nec credit quod Pratres Minores secundum eorum regulam possint aliquod commune habere quod dicatur eorum proprium sicut et Predicatores qui habent in communi quod est eis proprium, et quod illud bene defenderent si quis vel- **F<sup>•</sup> 38 v<sup>•</sup>** let eis auferre quod non facerent Pratres Minores, vel saltem facere non deberent sicut dixit. Dicens quod in bonis que Fratres Minores habent et consumunt non habent nisi solum usum, et dominus Papa habet dominium. Et dicto sibi quod dominus Papa fecit unam declarationem in qua declarat se nichil plus habere dominii in bonis Pratrum Minorum quam aliorum religiosorum.

Interrogatus quid inde credit, cuius sint dicta bona seu eorum domininium, respondit se nescire quid inde credat.

Item dixit interrogatus quod si aliqua persona vellet sibi auferre breviarium suum vel tunicam quod non defenderet nec inhiberet aliter nisi quod rogaret personam ipsam sibi auferre, nolentem quod vellet desistere a predictis, quia breviarium et tunicam et aliqua que portet non reputat esse sua, nec aliquid **F<sup>•</sup> 39 r<sup>•</sup>** haberet in eis nisi solum usum, et credit quod peccaret si defenderet supradicta.

Item dixit et asseruit se credere quod dominus Papa non possit dare licentiam et auctoritatem sibi et aliis Pratribus Minoribus tractandi et tenendi pecuniam sicut et alii religiosi Predicatores et Carmelite tenent et tractant, nisi dumtaxat in causa necessitatis.

Item dixit se credidisse et adhuc credere quod Papa non possit tollere regulam Fratrum Minorum vel destruere totaliter aut adnullare etiam nec aliquam personam absolvere que voverit tenere et servare dictam regulam, quin persona ipsa teneatur servare dictam regulam et vota castitatis, paupertatis et obedientie que vovit.

Item dixit interrogatus quod nunquam firmavit se in suo proposito vel in sua mente quod totaliter teneret et crederet Pratres Mi- **F<sup>•</sup> 39 v<sup>•</sup>** nores Massilie et beguinios combustos esse martyres vel sanctos. Interrogatus si credidit eos esse salvos vel dampnatos, respondit se miratum fuisse de condempnatione eorumdem, et non determinate credidisse quod essent salvt et nec etiam quod essent dampnati.

Item dixit se credidisse olim quod Christus et apostoli nunquam habuerunt aliquid in proprio nec in comuni quod commune esset eis proprium sicut canonicis regularibus aut Predictoribus vel Augustinis, sed quia dictus Papa declaravit<sup>28</sup>.

Item dixit quod non reputavit nec reputat se esse excommunicatum nec irregulariem nec esse apostatam ab ordine suo, quia, ut dixit, non recessit ab ordine suo intentione apostatandi, nec vota sua nec regulam suam frangendi et transgrediendi, nec suam obedientiam dere- **F<sup>•</sup> 40 r<sup>•</sup>** linquendi, sed solum intentione fugiendi maliciam ministrorum sui ordinis et etiam inquisitoris Massilie.

Item dixit quod cum dudum audivisset dici quod Bernardus Leonis de Montereali fuerat condempnatus et combustus pro eo quod dixerat quod si dominus Papa vellet sibi qui castitatem voverat dare uxori vel facere ipsum canonicum Carcassone, et sibi dare prebendam cum vovisset paupertatem, quod nesciebat utrum Papa hoc facere posset, et quod non obediret

<sup>28</sup> Sic.

dicto domino Pape, tunc hoc audito ipse loquens respondit, dixit quod si dictus Bernardus Leonis pro predictis fuerat condemnatus et non pro aliis, non dubitabat quin ipse Bernardus esset salvus, asserens quod si dictus Bernardus fuerit condemnatus pro proximo supradictis, dumtaxat crederet et credit eum esse salvum, et in Pa- **F° 40 v°** radiso, quia ut dixit ipse loquens non credit quod dictus Papa posset hominem qui vovit castitatem facere uxorari, nec hominem qui vovit paupertatem facere canonicatum et prebendam habere et tenere.

Predicta confessus fuit dictus apostata postquam captus fuerat in Vasconia et adductus Carcassonam. Delatus est de pluribus, quam sit confessus, et de gravioribus est vehementer suspectus, heresiarchaque ab aliis communiter reputabatur. Frequentissime requisitus noluit errores alios confiteri; a novem annis transactis citra extitit fugitivus. Exposito sibi quod in sua confessione aliquos supra dixit errores et requisitus quod ea recusaret, dixit quod super certis punctis deliberaret et postea ficeret quod Deus sibi duceret ministrandum. Dicit se penitere. .

Item audavit a na Prous vel a **F° 41 r°** sociabus suis errores infrascriptos, videlicet quod Spiritus sanctus datus esset eidem na Prous sicut Filius Dei datus est beate Virgini.

Item quod sacramenta non sunt salutis.

Item quod Ecclesia mortua est spiritualiter.

Item quod non indigemus corpore Christi quia tempus est Spiritus sancti.

Item quod si aliquis volebat salvari, oportebat quod crederet ipse na Prous in predictis.

Errores tamen predictos non credidit sicut dixit, tamen eos celavit nec eam detexit nec capi fecit.

Item idem Frater Raimundus semel legit cuidam persone quam nominat et alia vice alteri in postilla dicti Fratris P. Ioannis quod Ecclesia erat adultera et ita credidit sicut dixit, propter hoc specialiter scilicet propter symoniam sicut dicitur ibi, non quod tota esset talis sed aliqua pars eius

Item legit pluribus personis quas no- **F° 41 v°** minat in dicta postilla quod quidam simularetur Herodi qui persecutus est pueros et aliqualiter opinatus fuit quod iste esset.

Item legit aliis personis quas nominat in ipsa postilla hanc auctoritatem: "Extimavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam"<sup>29</sup>, et ob hoc opinatus fuit aliqualiter quod iste esset aper et forte credidisset omnino, sicut dixit, nisi facti evidentia sibi contrarium ostendisset sicut in applicatione cultus divini et in tenendo iusticiam et in diligendo super<sup>30</sup> honestatem et in multis aliis sicut patere dixit.

Item dixit quod licet aliquotiens interrogatus per alias personas simplices utrum Papa posset dispensare in regula Fratrum Minorum responderit yronice quod non potest quia tamen tedebatur eum quod tales homines de facto regule ipsorum Minorum se intromitterent, bene dubitavit aliquan- **F° 42 r°** tulum forte<sup>31</sup> per quindecim dies, sed reversus ad se ipsum credidit quod posset dispensare.

Item legendio dictam postillam de mistico antichristo interrogatus per quandam patriam<sup>32</sup> que ipsum audiverat quid erat misticus antichristus, respondit quod misticus antichristus est qui bonum et malum facit simul, verumtamen non credidit quod sciat, vero dixit quod iste esset pro eo videlicet quia ut dixit legerat in quadam questione diu est quod misticus antichristus daret redditus Fratribus Minoribus et forte istud impedivit quod non credidit, quia iste abstulit eis in hoc quod fecit de decretali clementina quia abstulit eis procuratores et humiliavit satis eos.

<sup>29</sup> Ps. 79,13.

<sup>30</sup> Corr.: semper..

<sup>31</sup> Corr.: forse.

<sup>32</sup> Corr.: personam.

(RAIMUNDUS CATHALANI FRESBITER DE ROIANO)

**Raimundus Ca- *F<sup>•</sup> 42 v<sup>•</sup>* thalani presbiter de Roiano** diocesis Bitterrensis proximo supra nominatus, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno domini millesimo trecentesimo et vicesimo octavo mensis novembris et octobris constat legitime, anno presenti circa festum Pasche, dum ipse stabat in Sancto Tyberio habuit primo notitiam prefati Petri Fabri de Caiarco qui se nominari faciebat Ioannem Fabri, et se magistrum arquimie fingebat, qui induxit eum ad faciendum servicium diabolo de nomine suo, licet ipse loquens recusaret et timeret, asserendo sibi loquenti quod doceret ipsum septem artes nigromancie per quas sciret facere argentum et aurum, et posset inde septem alios edocere, dum tamen faceret servicium diabolo ut est dictum.

Et tandem taliter ipsum loquentem seduxit quod digitum suum manus sinistre *F<sup>•</sup> 43 r<sup>•</sup>* medicinalem ipsem qui loquitur ligavit, et inde ipse P. Fabri cum acu percussit et sanguinem inde extraxit, de quo scripsit abecedarium totum, et dixit dicto Raimundo quod per illud abecedarium erat scriptum nomen suum in servicium ac datum diabolo, quodque per hoc erat alligatus demoni, ex quod demon docuerat eum sic facere, pro eo quod ipse R. nolebat quod nomen suum scriberetur de sanguine predicto. Subiungens ipse P. eidem Raimundo dixit quod dictum nomen suum erat iam presentatum principi demonum, et quod ipsem Petrus dum didicerat dictas septem scientias in Tholosana civitate sic fecerat servitium diabolo. Et multa alia circa modum addiscendi dictam scientiam sibi dixit.

Quo auditu ipse loquens timuit et flevit, et petiit qualiter remedium adhiberet, et tunc dictus Petrus dixit quod *F<sup>•</sup> 43 v<sup>•</sup>* loco nominis ipsius presbiteri ponentur in carta tres alie persone, quam cartam ipsem qui loquens scripsit, et trium personarum de Sancto Poncio Thomeriarum nomina inseruit, cum petitionibus quas demonibus faciebat, que quidem carta incipit: "Ayssi commencent les sept ars demonials, etc..."

Item instructus per dictum Petrum et seductus quandam herbam nomine proventam in festo beati Ioannis Baptiste mane cum certis coniurationibus collegit, quas in quodam libro sibi ostendit, et in quadam ecclesia rurali missam de Trinitate super eam existentem supra altare cum quibusdam aliis herbis celebravit, et cum uno anulo aureo vel argenteo seu duobus quos habuit a dicto Ioanne inter alias herbas posuit, dicens quod eam colligendo de mane dicti festi beati Ioannis posuerat similiter super *F<sup>•</sup> 44 r<sup>•</sup>* ipsam herbam anulos supradictos, quia idem P. Fabri sibi dixerat quod cum anulis argenteis vel aureis despontari debebat, et valebat ad amorem acquirendum et faciendum de inimicis amicos. De qua tamen postea nichil fecit.

Item instructus per dictum P. Fabri quod cum quedam persona sibi pe<cniam deberet et nollet ei solvere procuraret tantum quod haùeret de crismate sacro, et quod iniungeret de ipso crismate duos dentes suos, scilicet unum de parte superiori et alium de parte inferiori, et hoc facto accederet ad presentiam dicte persone que sibi debebat pecuniam, et statim solveret sibi.

Procuravit quod habuit et recepit de sacro crismate in ecclesia Sancti Tyberii quam regebat, et fecit de ipso crismate ut erat edoctus per dictum Petrum, scilicet duos dentes inunxit, et ad ipsam personam accessit *F<sup>•</sup> 44 v<sup>•</sup>* que propter hoc sibi non solvit debitum antedictum. Dicens quod residuum dicti crismatis in dicta ampulla posuit in quaàam fenestra communi ubi pueri proiciebant aliquotiens libros suos, et tradidit eam oblivioni, cum intenderet eam reponere in vase sacro, et non recordatus fuit sic quod dicta ampulla fracta fuit et perditum crisma predictum, sicut dixit.

Item quosdam libros ubi erant multe demonum invocationes habuit et transcripsit, et

postea timens ne inveniretur combussit vel comburi mandavit.

Item dicto Petro Fabri aliquotiens loquenti de modo dicendi septem artes nigromancie fidem adhibuit, et in eo non remansit quin didiceret dicta artes, si dictus Petrus eum voluisse et scivisset docere, quamvis idem Petrus ei dixisset quod oporteret se reddere principi demoniorum **F° 45 r°** et rotas seu circulos facere in quibus legeret per septem dies, et multa talia contra doctrinam sacram.

Item in consecratione psalmi de quo dictum est in confessione dicti Petri interfuit, et in quibusdam aliis sortilegiis et tractatibus que et qui in sua confessione plenius continentur.

Committens predicta a festo Pasche citra celavit ea, nec confessus fuit donec captus et in Muri carcere domini<sup>33</sup> detenus. Multotiens deieravit. Dicit se penitere.

(PETRUS FABRI DE VILLAPEROZA)

**Petrus Fabri de Villaperoza** clericus de Caiarco diocesis Caturcensis sicut per ipsius confessivnem factam in iudicio sub anno domini millesimo trecentesimo et vigesimo octavo, mense novembri et octobris legitime constat, instructus per quendam ioculatorem cui se as-  
**F° 45 v°** sociando apud Parisius accesserit ad inveniendum thesaurum absconditum in monte quodam prope Montem Martirum ultra Parisius, prout ipse ioculator dicebat, fecit servicium diabolo, scilicet dedit dicto diabolo in servicium nomen suum, dicto sibi per dictum ioculatorum quod propter hoc anima sua non minus valeret, cogitans quod quia tunc faciebat nominare Ioannem Fabri ne cognosceretur, hoc poterat facere sine periculo, scilicet dare nomen Ioannis Fabri in servicium diabo. Quod et fecit, scilicet scripsit nomen suum diabolo in servicium ad finem quod sciret facere incantationes quas dictus ioculator sciebat et in scriptis sibi ostendebat in una carta quam ipse loquens recognovit se manu sua transcripsisse, in qua continentur multa demonum nomina quos invocare volebat, **F° 46 r°** ut venirent ad eum quotienscumque eos invocaret et facerent id super quo eos duceret requirendos, quia sic promittebat sibi dictus ioculator.

Item dixit ipse loquens quod per hoc quod dicebat nomen suum dicto diabolo in servicium, intendebat esse alligatus ipsi diabolo, et ideo scripsit in dicta carta sicut : "De part de mi Jehan Fabre ton liat", credens tunc quod propter hoc posset facere quidquid vellet, et septem alias hoc docere quemadmodum dictus ioculator sibi intelligere dabat.

Item dixit quod dictus ioculator docuit accedere ad dictum Montem, et inveniendum dictum thesaurum, dans sibi intelligere quod faceret per certum modum et invocationem quod dictus mons apperiretur per se ipsum, et inveniret ibi dictum thesaurum. Quem videlicet modum sic expressit, et ivit ad **F° 46 v°** montem, et sic fecit, videlicet fecit novem rotas vel circulos in pargameno, et characteres in eis contentas que sunt facti et scripti in dicta carta per eum scripta, et posuit eos supra dictum montem, expectans quod dictus mons deberet aperiri, et quod inveniret ibi thesaurum maximum incantatum, sed nichil invenit, nec mons ipse apertus fuit ut credebat.

Addiciens tunc bene scire et etiam credere quod faciendo talia et credendo quod per illas novem rotas vel circulos et characteres mons posset apperiri, peccabat et peccatum faciebat, in quibus quidem novem rotis et characteribus multa demonum nomina erant scripta, et invocari docentur in dicta carta quam fecit, incipientem sic: "Hic incipit mors anime..." ubi docentur invocationes demonum ad faciendum multa mala contra fidem, et ponitur ibi in princi- **F° 47 r°** pio tribus vicibus : "De part de mi Jehan Fabre ton liat".

<sup>33</sup> Corr.: diu.

Item dicitur: "Ibi incipit opera Paymon in nomine Neron quintus infernorum diabolus ex parte Ioannis Fabri *ton liat*", et hic est princeps demoniorum et magister, et sequitur invocatio et coniuratio etc..., ut in dicta carta continetur.

Item idem P. Fabri Raimundo Cathalani presbitero de Roiano apud Sanctum Tyberinum dabat et dedit intelligi quod doceret eum septem artes diaboli, et quod per eas sciret facere aurum et argentum, sed oportebat quod Raimundus ficeret servicium demoni de nomine suo scripto de sanguine proprio digiti eiusdem Raimundi, et taliter seduxit eum quod ligavit ipse R. digitum suum, et ipse loquens cum uno acu exinde sanguinem extraxit, et inde scripsit abecedarium totum in pergamento, et carta **F° 47 v°** una quam fecit scribi per dictum Raimundum que incipit "*Aussy commencent les sept ars demonials...*", in qua continentur petitiones quas fecit diabolo, dicens quod quia dictus cappellanus nolebat nomen suum scribi in dicta carta, ideo scripsit abecedarium in quo continentur omnes littore de mundo, et per consequens hoc nomen "Raimundus Cathalani", sicque dicto cappellano dixit quod per hoc erat diabolo alligatus. Et inde terruit dictum cappellanum a Deo quod petiit remedium adhiberi, propter quod ipse loquens in dicta carta poni fecit tria nomina aliarum personarum.

Item ipse loquens et dictus cappellanus cum quodam alio apud dictum locum Sancti Tyberii quendam psalmum psalterii, scilicet : "Deus, iudicium tuum regi da"<sup>34</sup>, ad habendum la- **F° 48 r°** lapidem Philosophi Consacraverunt faciendo caracteres in principio cuiusque versus dicti psalmi.

Item dictum cappellanum docuit coniurare herbam que dicitur proventa et tribus anulis desparsare cum missa de Trinitate, quam celebravit ipse Raimundus, et multa alia docuit dictum cappellanum ficte et fallaciter, ut de pecunia eius haberet.

Committens hec et quedam alia in sua confessione contenta per quinque annos et citra ante confessionem per eum factam de infrascriptis, nec premissa confessus est, donec delatus et in Muro detenus; multotiens variavit et deieravit contra proprium iuramentum, negans se demones invocasse aliter, nisi prout supra dixit de monte ubi caracteres posuit pro the- **F° 48 v°** sauro. Accusatur tamen per dictum cappellanum quod de crismate sacro docuit eum facere sortilegium ad amorem personarum habendum. Dicit se penitere.

(GUILLELMUS MOLINERII CLERICUS EITTERRENSIS)

**Guillelmus Molinerii clericus Bitterrensis** filius domini Pontii Molinerii presbiteri de Bitterris, sicut per ipsius confessionem in iudicio factam sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo post festum Pasche legitime constat ad inveniendum quandam pecunie quantitatem et quedae vasa argentea que dicebantur fore abscondita per quendam clericum qui ea furatus fuisse dicebatur cuidam presbitero et reposita in quodam campo certo in tertorio Bitterensi **F° 49 r°** consilium cum quodam apostata qui talia scire facere dicebatur habuit et tractatum, et cum ipso apostata et uno puero experimenta facere et fieri facere attemptavit que sequuntur :

Primo igitur habitu quodam puero paupere quasi septem annorum, ipse loquens cum dicto apostata ivit, et portato cum eis liquore simili oleo et uno cristallo ad dictum campum pervenerunt, ubi cum fuerint, apostata ipse sedendo ad terram dictum puerum inter suas tibias posuit, unguemque unius digiti manus, scilicet pollicis cum dicto licore inunxit, et

<sup>34</sup> Ps. 71,2.

postmodum factis certis coniurationibus in aure dicti pueri ipsum puerum in dicto suo ungue prospicientem interrogavit quid videbat. Et responso per dictum puerum quod inibi apparebant primo unus homo seu spiritus, et postmodum duo superveniebant, quos magister **F° 49 v°** ipse apostata requirebat, et per dictum puerum requiri et coniurari faciebat, ut sibi ostenderent locum ubi erant abscondi supradicta, quod et dicti spiritus faciebant, levando unam lausam seu lapidem a terra, et inde extrahendo duo cabassias. ubi erant sex tassia argentea, octo gabelli et septem decim cloquearia argenti, prout puer ipse se videre dicebat, et etiam monetarum diversarum diversas quantitates, presente ad hoc et audiente coniurationes predictas ipso loquente. Et tamen nichil de predictis invenire potuerunt.

Item post predicta sic acta per aliquod tempus in quodam hospitio Bitterrensi aliud experimentum quod dicitur ars Sancti Georgii simul fecerunt faciendo coniurationes multas cum uno alio puero, et inspiciente in suo ungue radium solis, prefato puero dicente unum militem equitem videre in **F° 50 r°** ungue suo predicto, qui miles factis coniurationibus dictum cabassium ostendere debebat, sed tamen nichil poterant invenire. Quapropter ipse Guillelmus Molinerii dictum experimentum personaliter exercuit ut est superius encartatum, sed pro ipso miles noluit apparere, sicut dixit dictum puerum retulisse. Dicens ipse loquens se credere quod ille miles qui in dicto ungue apparebat non erat Bertrandus<sup>35</sup> Georgius, sed spiritus malus..

Item alia vice post predicta alio modo experimenta et coniurationes pro dictis pecuniis inveniendis ipse loquens et dictus apostata fecerunt nocte in quodam campo prope Colomberium diocesis Bitterrensis cum una rota vel circulo facta vel facto in terra in qua ipse loquens sedebat in medio iuxta quandam ollam terream plenam **F° 50 v°** carbonibus accensis, habita una laterna cum candela accensa, dietoque sibi per dictum apostata uno rotulo in quo continebantur multorum demonum nomina et coniurationes malorum spirituum cum quodam scripto parvo petitionum quas facere haberet malis spiritibus apparentibus vel apparere debentibus extra dictam rotam, instructus per dictum apostatam ipsos demones invocavit, et dictum scriptum legit, sed tamen non apparuit ibi aliquis spiritus sicut dixit, quia timuit et signo crucis se signavit, sicut dixit.

Item quedam alia experimenta ad amorem mulieris habendum causa matrimonii fecit, instructus per apostatam predictum.

Item ad inveniendum unum cutellum perditum faciendo aliud experimentum per coniurationes, cum uno pane ubi erant tres cutelli infixi facto per dictum **F° 51 r°** apostatam interfuit, et fieri ipsum vidit.

Item dictum apostatam per diversa loca associavit.

Item duos libros super invocationibus demonum a dicto apostata habuit et eos copiavit et copiam tenuit, donec de predictis quibusdam religiosis confessus est, sicut dixit.

Committens predicta et quedam alia que in sua confessione plenius continentur, celavit ea quasi per tres annos vel circa, nec iudicialiter confessus est, donec vocatus tanquam delatus super aliquibus de predictis. Dicit se penitere quia credidit facere contra Deum et Romanam Ecclesiam sicut dixit, intendens tunc et credens quod essent demones qui apparerent in formam hominis prout idem apostata intelligere sibi dabat.

---

<sup>35</sup> Corr.: Beatus

(NA PROUS BONETE DE MONTEPESSULANO)

**Na Prous Bonete** **F° 51 v°** filia Durandi Boneti de Sancto Michaele de la Cadyera diocesis Nemausensis, que fuit habitatrix Montispessulani ab etate septem annorum suorum citra sicut dicit, et capta ibidem tanquam delata suspecta de heresi begguinorum combustorum, adductaque ad Murum Carcassone, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio legitime constat, et gratis et sponte et sine interrogatione depositus, asseruit atque dixit sub annis Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, die sexta mensis augusti quod :die veneris sancta ante confessinnem suam factam in iudicio de infrastrictis proximo lapsa fuerunt quatuor anni completi, dum ipsa esset in ecclesia Fratrum Minorum Montispessulani ubi audiebat servicium cum aliis personis, adoravit crucifixum ut est moris, et facta ado- **F° 52 r°** ratione huiusmodi, dum recessa fuisset ad sedem suam, completoque officio evacuata quoque ecclesia meiori parte gentium, dominus Iesus Christus transportavit eam in spiritu, scilicet in anima usque ad primum celum, et cum fuit ibi vidit dictum Iesum Christum in forma hominis et in divinitate sua, qui apparuit sibi que loquitur et ostendit cor suum perforatum quasi ad modum porte unius laterne, et quod ex ipso corde exiverunt radii solares, imo solaribus radiis clariores, qui ipsam et circumfulserunt undique, et statim ipsa vidit clare et aperte divinitatem Dei qui dedit sibi cor suum in spiritu.

Et ipsa dixit eidem domino Iesu Christo: "Ne sunt de mi, Seigneur, tant gratas causes !" et Christus respondit: "Si bien les ty donneray maiours sol que mi siees fidels", et tunc ipsa appropinqua- **F° 52 v°** vit se de ipso, et posuit caput suum infra corpus ipsius Christi, et non vidit aliud nisi talem cleritatem qualem sibi Christus dederat in radiis supradiictis.

Deinde ipsa reversa est ad locum ubi primo viderat dictam claritatem et respiciebat ipsum Christum, et sic respiciendi dicti radii paulatim, id est "*petit a petit*" cooperiebant ipsi Christo totum corpus. Quibus sic visis et factis ipse Christus reposuit eam in sede sua prima sicut prius erat et tunc invenit seipsum in maximo fletu et planctu, et in maximo fervore amore apud Deum, et volebat ipsa quod alie socie sue et persone cognoscerent predicta, et non movit se de illo loco donec socie sue vocaverunt eam, et tunc surrexit et recessit de ecclesia, et in cimiterio vidit iterato unum hominem a quo se volebat divertere, et tales radii **F° 53 r°** quales primo viderat iterato circumfulserunt eandem.

Et cum fuit in domo et essent in mensa cum sociabus suis, et loquerentur de sermone facto radii predicti iterato circumfulserunt eam, et ideo fuit in tanto fervore et amore accensa ad Deum, quod non potuit comedere, sed surrexit de mensa, ascendens in solarium, et incipit orare.

Et postea iverunt ad servicium Tenebrarum, et ibi in predicta ecclesia vidiit quandam dominam que sibi locuta fuit, et subito evanuit.

Item dixit et asseruit quod die sabbati sancta tunc sequenti, dum iterato esset in dicta ecclesia ad servicium, facta levatione Corporis Christi seu paulo ante, apparuit sibi Deus Pater. Fuit sibi data a Deo alia contemplatio et gratia contemplandi in celum et videndi Dominum nostrum Iesum Christum et oratio continua et continuus seu "*timeris de nostro Seigneur*"

**F° 53 v°** Et ex tunc sepissime sicut asserit dominus noster Deus dixit sibi :

"Memetipsum dedi tibi sicut Virgini et memetipsum retinui", asserens quod ipsum Dominum Deum videbat frequenter facie ad faciemt et veniebat in nube una in forma et specie hominis.

Et adveniente post predicta indulgentia Magallonensis ad quam ipsa voluit ire, Dominus Deus inhibuit sibi quod non iret, et dixit sibi que loquitur sic: "Nunquid ero ego dominus unius anime", subiungens tunc ipse Deus sic: "Sanctus Ioannes Baptista fuit preco adventus baptismi sacri Jesus Christi, et tu es preco adventus Spiritus sancti". Quibus auditis ipsa consideravit quod Dominus comparabat eam Virgini et postea littera Ioanni Baptiste, et cogita in corde suo quod non erat digna comparari Virgini nec digna dici ancilla Christi nec digna comparari beato Ioanni qui fuit vox cla- **F° 54 r°** mantis in deserto, et ideo respondit Domino: "Domine, ego sum unum nichil, quia sencio me peccatricem et peccatum est nichil".

Et vacabat contemplationi et orabat Deum quod daret illam gratiam uni alteri. Et tandem Dominus respondit : "Velis aut nolis hec erit tuum", et addidit Dominus : I!Memetipsum dedi tibi, et memetipsum retinui". Sed non dixit hoc verbum sicut Virgini prout supra dixerat, sed comisit sicut dixit.

Item asseruit quod ipsa consueverat facere orationem, clamabat tribus vicibus alta voce ad Deum : "Amice, amice, amice", sed Dominus non respondebat nisi usque ad tertiam vocem, et tunc se ostendebat in nube, et respondebat sic: "Et tu quid vis ?" et ipsa respondebat : "Domine, quad tu miserearis omnium peccatorum, iudeorum, sarracenorum et omnium gentium mundi. Domine, hec nobis concede per tuam misericordiam, et per merita tuorum bonorum **F° 54 v°** quod semper vivamus fideles in fidelitate tua. Item Domine miserearis tui ipsius, et tue pauperi familie honor et gloria tibi Domino reddantur". Qua oratione sic facta Dominus Deus respondebat : "Ego scio quid elegi". Et quocienscumque ipsa compleverat hanc oratianem cadebat in extasi sicut dixit.

Tantum desiderabat quod Deus diligeretur et honoraretur et tantum debebat<sup>36</sup> quod frequenter loquela amittebat.

Et predicta celavit per unum annum, et nemini revelavit, conscientiam donec habuit, quia horas suas dicere non poterat complete nec perfecte ut consueverat, scilicet triginta Pater noster pro matutinis, etc... Et tandem cum vellet predicta revelare cuidam religioso quem nominat, Dominus inhibuit sibi quod predicta sibi non revelaret. Tandem vero predicta revelavit cuidam persone quem nominat de licentia Domini Jesu Christi, et postea Deus increpavit eam quia loqua fuerat **F° 55 r°** dicte persane que erat homo, et tunc ipsa dixit Domino Deo sic: "Domine, et vos estis homo sicut ipse est, et ideo non veniatis de cetero intus", qui Dominus respandit : "Non sum sicut alii homines, quia divinitas cepit humanam naturam, et<sup>37</sup> radix persone Christi et divinitas. Et vos alii estis et fuistis de radice peccati". Et his dictis Dominus condit<sup>38</sup> sibi unum ignem, dicendo sic: "Virides<sup>39</sup> hunc ignem qualiter totam materiam et substantiam lignorum convertit in suam naturam. Eodem modo natura divinitatis convertit in se animas quas sibi vult" et sic conclusit ipse Deus quod melius poterat venire ad domum ipsius loquentis quam dictus homo, et postmodum ipsa vidit duas alias personas similes ipsi Deo que erant in ordine mniuncte una post aliam, quarum una incepit currere, et ad cursum se posuit super collum suum ipsius que loquitur, et alia posuit **F° 55 v°** se supra bracchium dextrum eius, dicendo hoc modo: "Ego et tu facti sumus unum, et tunc completum est illud verbum quod supra tibi dixeram quando dedi tibi Spiritum sanctum et respondisti quod non "de te tant grant causes", et ego respondi tibi "que maiours les ty donneriee sol que mi fuisse fisels, et quia modo dedi tibi alias duas personas scilicet personam Patris et Filii, nunc completum est illud promissum quando tibi promiseram

<sup>36</sup> Sic.

<sup>37</sup> Corr.: est ?

<sup>38</sup> Corr.: condidit.

<sup>39</sup> Corr.: vides.

dicendo "maiares dabo tibi", quia nunc habes totam Trinitatem".

Et ex tunc dicte tres persone Trinitatis veniebant ad eam, et eas videbat, et hoc spiritualiter et non corporaliter, quemadmodum quandoque videtur uni persone mentaliter quod videat aliquid corporaliter, quod tamen non videt nisi spiritualiter.

Item asseruit quod Deus dixit sibi frequenter : "Ego tociens vado et revertor, quia in te sumpsi et feci cameram **F• 56 r•** meam".

Item quandoque Dominus saltabat super collum eius et condebat sibi unum equum album et unum hominem desuper, dicendo : "Vides qualiter iste regit hunc equum quocumque vult ? Sic ego sum supra omnem naturam et rego te sicut volo et tecum sum ubicumque sis". Afferens ipsa loquens quod ex tunc fuit secum tota sancta Trinitas in spiritu.

Item quod Christus dixit sibi "quando tu fecisti votum virginitatis, tunc indulsi tibi omnia peccata tua ita complete sicut indulsi matri mee Virgini in ventre sue matris", quod votum virginitatis fecit ut asserit viginti anni sunt elapsi et servavit.

Item dixit et asseruit quod Christus dixit sibi quod ab illa die qua fecit votum virginitatis computatis novem mensibus usque ad illam diem que est festum Fratris Petri Ioannis, in tali die ipse Dominus Deus concepit Nā Prous in spiritu, et quod ipsa die eadem **F• 56 v•** qua ipsa fuit in Narbona supra sepulcrum dicti Fratris Petri Ioannis ipse Dominus peperit eam in spiritu et dedit sibi ipse Deus tria, scilicet fletum seu luctum quandiu stetit super dictum sepulcrum, secundo maiorem fragantiam vel odorem quam unquam ipsa sensisset, tertio et ultimo unum calorem temporatum et ita dulcem acsi fuisset sibi proiectus unus mantellus super humeros et involuta fuisset circum quoque."

Item quod tunc dixit sibi Dominus quod nutraverat<sup>40</sup> eam ex duobus, licet ex laboribus corporalibus et ex cibis spiritualibus, et quod per quindecim annos postquam fuerat ad dictum sepulcrum ipse Dominus dederat Spiritum sanctum.

Item quod ita complete dederat sibi ipse Deus totam divinitatem in spiritu quam complete ipsam dederat suo matri Virgini Marie, et eius Filio et quod tota humana natura non erat sufficiens ad petendum "*la veritat*" **F• 57 r•** nisi Deus dedisset sibi Spiritum sanctum.

Item quod illa divinitas quam Deus dedit sibi loquenti formavit sibi unum corpus "*d'esperit*" de preciosiori et puriori intellectu quem ipsa habebat, et quod non fuit aliquis angelus nec archangelus nec sanctus in paradyso qui de hoc se intromiserit vel impediverit.

Item quod Spiritus quem Deus sibi dedit alia vice spoliavit<sup>41</sup> infernum et reparabit omnem humanam naturam.

Item quod Deus dixit sibi : "Beata virgo Maria fuit donatrix Filii et tu eris donatrix Spiritus sancti", quibus auditis ipsa loquens timuit et Deum oravit, dicendo : "Domine Deus, custodias me ab illo peccato superbie per quod Lucifer angelus corruit de celo !" et Dominus Deus respondit : "exaudiam preces tuas", et postea Dominus condit sibi magnam quantitatem sanctorum hominum in spiritu et visione, scilicet homines peni- **F• 57 v•** tentie.

Item ostendit sibi unam magnam ripariam acque ubi erat quedam paxeria que volvebat totam aquam ad unam partem, non ad aliam, dicens sibi Deus illa die qua dederat sibi Spiritum sanctum, illa die posuerat illam paxeriam in illa riparia, et postea vidi quod modica aqua fluebat ad illam partem et postea vidi quod nichil de aqua fluebat per illam partem, sed fuit desiccata. Et tunc Dominus exposuit sibi illam figuram, dicens quod per affluentiam illius acque intendebat gratiam suam, addiciens ipse Deus quod illo tunc quando destructum fuit Evangelium Christi, tunc incepit deficere gratia Dei, scilicet quando scriptura Fratris Petri Ioannis fuit condemnata, quia tunc sacramentum altaris suam perdidit virtutem. De quo tempore erunt duo anni in instanti festo Nativitatis Domini nunc vero transacto.

<sup>40</sup> Corr.: nutraverat.

<sup>41</sup> Corr.: spoliabit.

Item asseruit quod **F° 58 r°** Deus dixit sibi quod Christus duas habuit naturas, unam humanam et aliam divinam, et quod contra naturam suam humanam destructum<sup>42</sup> est Evangelium, et quod contra naturam divinam destructum est Spiritus sancti qui datus erat dicto Fratri Petro Ioannis.

Itec quod Christus dixit sibi quod ille Papa qui precessit illum qui nunc est fuit similis illi bono huiusmodi qui corpus Christi crucifixi posuit in sepulcro, et quod iste Papa qui nunc est scilicet Ioannes viginti secundus est similis Cayphe qui Christum crucifixit.

Item quod pauperes begguini qui fuerunt combusti et etiam leprosi combusti sunt similes pueris innocentibus decollatis per mandatum Herodis.

Item quod sicut Herodes procuravit mortem puerorum innocentium, ita Herodes, scilicet diabolus procuravit mortem istorum begguinorum et leprosorum combus- **F° 58 v°** torum.

Item quod Christus dixit sibi quod ita magnum est peccatum istius Pape quantum fuit peccatum Caym et in quarta parte tantum quantum fuit peccatum Cayphe, et in quinta parte quantum fuit peccatum Symonis magi, et in alia parte quantum fuit peccatum Herodis.

Item quod Christus dixit sibi quod Deus fecit Lucibel caput omnium angelorum cui haberent obedire "*la syene signorie retenguda*", et fecit ipsum Lucibel similem sibi in claritate, ita quod si aliqui angelorum deviarent a voluntate Dei, quod ipse Lucibel haberet eos reformare ad tenendum illam veritatem ad quam tenendum Deus Pater formaverat eum primo, et dederat sibi pulcrius nomen quam omnibus hominibus de hoc mundo "*la syene signorie retenguda*", asserens Christus, ut dixit, quod "*la syene signorie retenguda*" **F° 59 r°** est "*que on le tongue et repute esse Dieu*" et quod homo cogitet se habere bona que habet ab ipso Deo sicut debuisset cogitasse Lucibel et sicut deberet cogitare iste Papa.

Item dixit quod Lucibel voluit esse similis Deo et iste Papa voluit esse similis Iesu Christo. Item quod Lucibel voluit esse similis Deo in sua potestate seu potentia et iste Papa voluit esse similis Deo in sua sapientia vel scientia.

Item dixit sibi Christus ut asserit quod ita magnum fuit peccatum istius Pape quando tradidit morti Fratres Minores quam magnum fuit peccatum Ade quando comedit pomum.

Item quod tam magnum fuit peccatum istius Pape quando condempnavit Evangelium quam fuit peccatum Ade quando gustaverat de pomo, et accepit per gulam, percipiens quod peccaverat, quia tunc debuisset penitus misericordiam a Domino Deo nostro Deo.

Item quod **F° 59 v°** ita magnum fuit peccatum istius Pape quando condempnavit scripturam Fratris Petri Ioannis sancti patris, quam fuit peccatum ipsius Ade quando comederat pomum et ob accusavit feminam, scilicet Evam, imputando eidem Eve culpam de hoc quod ipse pomum comederat sibi ministratum per eandem, quia debuisset eam regere cum esset ipsius femine caput, et ipsam accusavit, et quod a simili iste Papa qui erat caput sancte Ecclesie Dei debebat ipsam Ecclesiam regere secundum voluntatem Dei, scilicet Domini nostri Iesu Christi et idcirco quemadmodum Adam propter peccatum predictum perdidit gratiam a Deo sibi prius datam, ita et iste Papa propter suum peccatum predictum perdidit gratiam a Domino Iesu Christo sibi datam, nam quantum est peccatum tanta est pena, et ideo sacramenta **F° 60 r°** suam perdiderunt virtutem.

Item quod sicut Adam nunquam potuit recuperare gratiam quam perdidierat, ita iste Papa nunquam recuperare poterit gratiam istam quam perdidit et quam primo habebat. Nam sicut tota humana<sup>43</sup> notatur propter peccatum dicti Ade primi hominis, mortua fuit spiritualiter tota christianitas propter peccatum istius Pape mortua est spiritualiter.

<sup>42</sup> Sic.

<sup>43</sup> Sic lacune.

Item dixit et asseruit ipsa loquens quod Iesus Christi dixit sibi quod ita magnum est peccatum istius Pape sicut fuit peccatum de Caym quia sicut Caym occidit fratrem suum, ita

iste papa occidit totam humanam naturam que<sup>44</sup> frater istius pape sicut dixit Christus sibi.

Item quod ita magnum est peccatum istius Pape sicut fuit peccatum Symonis magi, quia dictus Simon magus volebat quod adoraretur a gentibus et ita iste Papa voluit adorari.

Item dixit quou Symon magus portavit **F° 60 v°** honorem cruci Iesu Christi et portabat honorem gallo, quem ipse Simon portabat, quem gallum dicebat esse Spiritum sanctum.

Item quod Papa non portavit honorem cruci Iesu Christi, scilicet pauperi Iesu Christi, nec portavit honorem gallo, scilicet sancte scripture quia per gallum: intelligitur sanctus Spiritus qui cantavit in hac sancta scriptura, sicut dixit.

Item quod iste Papa complevit maliciam Herodis, quia Herodes interfecit innocentes et a simili iste Papa occidit innocentes et prophetas, patriarchas et apostolos, discipulos, virgines, confessores et martyres multos.

Item quod iste Papa abstulit ipsi Christo confessionem galli, id est conversionem totius mundi, quia Christus pareaverat unam societatem sollemnem quantum sollemnem paraverat tempore sue passionis, et quod propter hoc ipse Christus petit ab ipso Papa sibi redi **F° 61 r°** di discomputum de tota conversione mundi, et quia ipse Papa fecit tantam auram<sup>45</sup> et stultitiam quod transgressum est mandatum Dei, dixit Iesus Christus quod ipse papa descendit ab illa gratia quam habebat per illam gratiam quam Christus dederat beato Petro apostolo, et eam perdidit quando dictos Fratres condempnavit et morti tradidit; et quod ipsam gratiam nullo tempore recuperabit nec aliis quicunque.

Item quod quia ipse Papa destruxit scripturam dicti Fratris Petri Iohannis que erat scripta per manum divinitatis, sacramentum altaris perdidit suam virtutem et potestatem quam nunquam recuperabit. Et hac de causa Deus abstulit dicto Pape et omnibus aliis istam gratiam sacramentorum.

Item dixit sibi Iesus Christus, ut asserit, quod sanctus Petrus confessus fuit quod Iesus Christus erat Ihesus filius Dei vivi, et quod iste Papa confessus est Christum esse pecatorem<sup>46</sup> **F° 61 v°** in hoc quod dixit Ch:ristum habuisse in proprio et in comuni.

Item quod Jesus Christus dixit sibi quod in illa perfectione et altitudine quibus sanctus Franciscus incepit ordinem suum, in illa perfectione et altitudine incepit Christus cum suis apostolis tenere paupertatem, et a simili in illa perfectione et altitudine qua Christus cum suis apostolis incepit

tenere paupertatem in illa eadem perfectione et altitudine incepit sanctus Franciscus cum suis Fratribus tenere paupertatem.

Item quod quodquod<sup>46</sup> homines et mulieres voverunt virginitatem et castitatem et postea maritate et uxorati fuerunt, ipse papa proiecit et deduxit in malum.

Item quod ipse Papa abstulit ipsi Christo omnes illos et illas homines et mulieres qui et que propter timorem illorum laborum qui currunt tempore moderno dediti sunt ad malum faciendum et dicendum, et ad iurandum<sup>47</sup> inhoneste de Deo.

Item quod dixit sibi Christo<sup>47</sup>: sicut nobilis nomen angelorum datum erat Lucibello et sic nobilis nomen omnium hominum de mundo datum fuerat isti Pape.

Item quod sicut terribilis nomen omnium demonum fuit datum Lucifero, sic terribilis nomen omnium hominum de mundo datum est isti Pape, nam sicut Christus dicit, Deus dederat primo ipsi Lucibel nomen nobilis et pulchrius nominibus angelorum aliorum,

<sup>44</sup> Adde: est.

<sup>45</sup> Sic.

<sup>46</sup> Corr.: quotquot.

<sup>47</sup> Corr.: Christus.

scilicet Lucibel, et postea ipse idem Deus postea dedit eidem aliud nomen terribilium omnibus aliis nominibus omnium demonum, scilicet Lucifer.

Item dixit sibi Iesus Christus ut asserit quod quia iste Pala fecit tantam auraniam et stultitiam, tantam maliciam .et tot mala, idcirco sicut Christus prmmo dederat sibi primo pulchrius nomen omnium hominum huius mundi, sic ipsem Christus postea dedit eidem **F• 62 v•** pape horribilis nomen omnium hominum huius mundi, quia primo vocabatur apostolus seu Papa et postea dedit ibi ipse Christus hoc nomen terribilium scilicet antechristo<sup>48</sup>, quod nomen imposuit ipse Christus, sicut asserit, die veneris penultima ante festum Nativitatis Domini proximo transactum. Post quam scilicet diem veneris non fuit nisi una dies veneris alia ante dictum festum Natalis Domini quia videlicet die veneris secunda ipse decem<sup>49</sup> dixit sibi loquenti ut asserit quod imposuerat ipsi Pape illud nomen terribilium scilicet Antichristo, et quod a modo vocabitur ipso nomine Antichristi.

Item dixit sibi Iesus Christus ut asserit quod<sup>50</sup> angeli descenderunt per duos gradus, primo scilicet de celo in terram et secundo de terra in infernum, a simili iste Papa descendit ab illa gratia quam Christus dederat beato Petro apostolo et per consequens tam ipse Papa quam omnes alii **F• 63 r•** descenderunt a gratia sacramentorum quam beatus Petrus habuerat.

Item dixit et asseruit quod Christus in quodam festo Purificationis beate Marie, dum ipsa vellet comunicare, inhibuit sibi quod non comunicaret, quia sacraenta non erant salutis, et ideo comunicare omisit sicut dixit.

Item dixit sibi Christus, ut asserit, quod non sit aliquis homo laicus qui vilipendat clericos, sed clerici et laici se diligent ex illa amicitia spirituali qua Adam et Eva se dilexerunt antequam peccassent, quia quando Deus eiecit Adam et Evam de paradiſo terrestri, ambo erant adhuc virgines.

Item quod ex illa amicitia spirituali qua Christus et apostoli se dilexerunt ad invicem illa et eadem se diligent clerici et laici ad invicem spiritualiter. Item quod in eadem amicitia spirituali qua dilexerunt se fideles ad invicem, eadem amicitia se diligent clerici et laici ad invicem.

**F• 63 v•** Item quod de omnibus materiebus gentium servierunt antichristo, et ideo unus non debet alium mesprisare seu vilipendere, et quod de hoc malo est causa et radix Lucifer cum omnibus suis demonibus.

Item dixit Christus, ut asserit, quod postquam Deus creaverat omnes angelos in paradiſo celesti et Adam et Evam in paradiſo terrestri, et vidit quod utrique perdiderant gratiam eis primo datam, postea fuit voluntas et consilium totius Trinitatis quod redderet homini et femine utramque gratiam, tam illam quam ipsi angeli perdiderant quam et illam quam dictus Adam perdiderat, scilicet paradiſum celestem quem angeli perdiderant, et paradiſum terrestrem quem Adam et Eva perdiderant per suum peccatum.

Item dixit sibi Christus quod consilio totius Trinitatis misit Filium suum in virginem Mariam et quod in tali modo et manerie<sup>51</sup> misit **F• 64 r•** ipse Deus Filium suum in virginem quod ipsem Christus non diminuit se.

Item quod illa divinitas que fuit data Virgini formavit sibi unum corpus de preciosiori et puriori sanguine qui esset in Virgine, et non fuit aliquis angelus nec archangelus nec sanctus in paradiſo qui de hoc se intromiserit, sed ipse solus Iesus Christus suum corpus formavit.

Item quod ipse Christus non reversus fuit ad Deum Patrem quoque complevisset quidquid tota sancta Trinitas statuisset vel statuerat, et quia tota sancta Trinitas statuerat quod ipse Christus haberet recipere carnem humanam in Virgine, et quod esset Deus et homo, et

<sup>48</sup> Sic.

<sup>49</sup> Corr.: Deus.

<sup>50</sup> Adde: sicut.

<sup>51</sup> Sic.

quod redderet homini quod illuc perdiderat ipse homo, scilicet paradisum terrestrem.

Item quod dixit Christus quod per virtutem sue passionis ipse Christus ordinavit paradisum terrestrem et de decem preceptis circumdedit gallum<sup>52</sup> **F° 64 v°** illam paradisum terrestrem.

Item quod ipsa paradiſo posuit septem sacramenta et septem dona sancti Spiritus et quatuor virtutes cardinales.

Ltem quod in illa paradiſo terrestri scilicet in Ecclesia homo posset peccata sua confiteri cum tanta amaritudine cordis quod sibi omnia indulgentur per Deum.

Item quod homo in illa paradiſo terrestri poterat videre Corpus Christi in tanta reverentia quod omnia peccata sua indulgebantur.

Item quod in tanta reverentia poterat homo audire missam quod omnia peccata sua sibi remittebantur.

Item quod in illa paradiſo terrestri homo poterat in tanta reverentia Corpus Christi recipere quod omnia peccata sua remittebantur, etiam peccata mortalia obliterata.

Item dixit sibi Iesus Christms, ut asserit, quod in illa paradiſo terrestri ipse Christus posuerat Heliam et Enoch et quod ille Elias fuit sanctus Franciscus, et ille Enoch fuit sanctus Pater **F° 65 r°** Frater Petrus Ioannis, qui diu, scilicet sanctus Franciscus et Frater Petrus Ioannis, tulerunt testimonium de Iesu Christo, ita videlicet quod sanctus Franciscus portavit testimonium pauperis vite quem Christus inccepit, et Frater Petrus Ioannis tulit testimonium divinitatis in sancta Scriptura in qua repetiit omnia dicta sanctorum que fecerat in suis sanctis, scilicet per virtutem Spiritus sancti datus erat sibi.

Item dixit sibi Christus ut asserit quod Antichristus occidit Eliam et Enoch, scilicet sanctum Franciscum et dictum Fratrem Petrum Ioannis, quod<sup>53</sup> occidit in media platea, quam plateam Christus dixit esse sanctam Scripturam in qua posuerat ipsos et quod ipsa platea est sancta Ecclesia.

Item dixit sibi Christus, ut asserit, quod ipse perdonnasset vel indulsisset a Lucibel<sup>54</sup> si recognovisset culpam suam, et quod quia Adam recognovit culpam suam Deus **F° 65 v°** indulxit sibi.

Item quod si Caym et Cayphas et Simon magus et Herodes penituerint et petuerint misericordiam a Deo obtinuerint eamdem.

Item dixit sibi Christus, ut asserit, quod Antichristus idem est dicere quod omne complementum totius malitie, et quod ipse Antichristus quem dicit de isto Papa complevit totam malitiam demonium, scilicet Lucifer et angelorum aliorum qui ceciderunt de celo.

Item quod ipse Antichristus complevit omnem maliciam omnium malorum hominum qui fuerunt et quod propter istud factum ipse Antichristus habet tantum de pena nisi se recognoscatur quantum habuit Lucifer cum omnibus aliis demonibus, et quod nisi se recognoscatur ipse habebit tantam penam in inferno quantam habent omnes homines qui sunt ibi. Dixit tamen ipse Christus, ut asserit, quod ipse indulget eidem Antichristo omnes defectus suos dum tamen inde **F° 66 r°** peniteat et se recognoscatur, et quod credat in opere Spiriti sancti.

Item dixit sibi Christus, ut asserit, quod ipse suscepit mortem et passionem in carne propter peccatum Ade, et ita suscepit mortem et passionem propter peccatum Antichtisti, et quia sicut Deus non habebat nisi unicum Filium, ita non habebat nisi unicum Spiritum.

Item asseruit quod Deus dixit sibi quod illa potestas duravit ab tempore citra usque ad tempus quo ipse Deus Pater misit Filium suum in Virginem Eariam, et tunc tota sancta Trinitas dedit dicto Filio Deo misso in Virginem Mariam totam suam potestatem, que potestas dicto Filio data duravit usque ad illud tempus quo Deus dedit Spiritum sanctum Fratri Petro

<sup>52</sup> Sic.

<sup>53</sup> Corr.: quos.

<sup>54</sup> Sic.

Ioanne predicto, cui Spiritui sancto dato eidem Fratri Petro Ioannis tota sancta Trinitas dedit suam potestatem.

Item dixit sibi Christus, ut asserit, quod Filius **F° 66 v°** Dei bellavit oum diabolo solus pro solo, et quod simili modo scriptura sancti Spiriti dati dicto Fratri Petro Ioannis bellavit cum Antichristo sola pro solo.

Item dixit et asseruit ipsa Na Prous quod tempore supradicto Dominus Iesus Christus dixit sibi quod ipsa iret ad quandam villam quam nominat, et diceret certis personis quas nominavit sibi et quas ipse nominat, ea que sequentur : "Dona, message ne doit mal panre ne mal recebre : Nostre Sire mi tremet ici a vous, et dicit quod non habet aliquid facere de vestris elemosinis nec orationibus, sed de duabus causis, scilicet quod ponatis vestrum cor et intellectum in opere Spiritus sancti, et quod proinde liberetis cor vestrum ad martirium si opus sit, quia ipse sanctus Spiritus faciet magna, et dabit magna dona". Que persona cui hec dixit respondit nichil apreciando dicta sua, et postmodum ipsa loquens rediit ad quandam **F° 67 r°** aliam villam, et certis personis dixit que sequuntur : "Hodie sum compulsa quod vobis dicam, et nisi credatis hoc quod dixi, dico et dicam, nullo tempore salvabitis". Et tunc ille persone interrogaverunt eam: "que sunt illa que dixistis, dicitis et dicetis ?" que respondit: "Ecce qui vobis dicet," ostendens ei quendam hominem quem nominat qui ibi erat.

Item dixit sibi Dominus, ut asserit, quod primus Papa quem Filius Dei ordinavit fuit sanctus Petrus et primus Papa quem Spiritus sanctus ordinavit fuit Frater Guillelmus Guiraudi ordinis Minorum, et quod quia iste papa qui nunc est debebat perdere gratiam suam, ideo ipse Deus dederat eam dicto Fratri Guillelmo Guyraudi.

Item asseruit quod Dominus Iesus Christus ostendit sibi in Spiritu omnia peccata que gentes huius mundi faciunt, dicendo sibi pro omnibus peccatis istis que gentes faciunt: "Ego volebam eas desemparare quousque electus sum", et continuo **F° 67 v°** ostendit sibi unum serpentem quem ipsa videns suo pede contrivit et cassavit, et viso ibi populo magno quem Deus sibi ostendit, dixit eidem populo: "De cetero non oportet vos habere de isto serpente", asserens quod Dominus sibi dixit quod ille serpens erat draco ille quem beatus Ioannes vidit in Libro Revelationum qui persequebatur illam dominam quam non nominavit.

Item dixit quod semel Deus dixit sibi quod due femine sunt nominate seu recitate in sancta Scriptura et quod uni earum debebat dari Filius Dei, et alteri debebat dari Spiritus sanctus, et dixit illi Deus quod ipsamet Na Prous erat illa cui debebat dari Spiritus sanctus. Et cum ipsa rogaret Deum quod non esset cognita, Dominus dixit sibi : "Oportet quod tu cognoscaris sicut virgo Maria fuit cognita inter apostolos, et tandem ipsa consensit".

Item asseruit quod Jesus Christus dixit sibi quod in illa hora qua Christus natus **F° 68 r°** fuit, illa hora perdidit sacramentum altaris suam virtutem, scilicet in festo Natalis Domini proximo transacto fuerunt duo anni, et in illa hora paradisi porta fuit clausa, et tancata, et ex tunc non intrabit ibi anima, et quod omnes quos vult salvare p̄çnit in loco ubi sancti patres fuerunt, et quia peccatum istius Pape ut predicitur est ita magnum sicut peccatum Ade, oportebat quod Christus alia vice moreretur in persona et Spiritu ad finem quod salvaret animas, quia aliter nulla anima posset per imperpetuum intrare paradisum, et hoc esse completum asserit, scilicet quod ipse Christus secunda vice mortuus est in persona et spiritu prout asserit ab ipso Domino Deo sibi fuisse dictum.

Item quod Filius Dei fuit crucifixus per duas maneries gentium et sanctus Spiritus similiter est crucifixus per alias duas maneries gentium, declarans sic predicta : "Filius Dei fuit crucifixus per peritos Legis Iudeorum et per Phari- **F° 68 v°** seos publice, et sanctus Spiritus est crucifixus per peritos Legis Christianorum publice; item Filius Dei fuit crucifixus per peritos phariseorum secrete, et sanctus Spiritus est crucifixus per phariseos christianos secrete".

Item dixit sibi Dominus Iesus Christus, ut asserit, quod quidam notarius quem nominat cui ipsa loquens predicta exposuerat et dixerat, qui noluit ei credere, et illi qui se tenuerunt in

opinione ipsius notarii crucifixerunt Dominum Iesum Chrsitum in Spiritu publice, et quod quidam Frater Minor apostata quem nominat cui predicta revelavit et illi qui se tenuerunt in opinione dicti apostate (quem non nominat apostatam), crucifixirunt Dominum Iesum Christum secreta. Declarans hanc similitudinem dixit quod quemadmodum Deus miserat primo Filium suum Legisperitis Iudeorum, eodem modo Deus misit primo Spiritum sanctum Legisperito christianorum, scilicet notario supradicto et ita patet<sup>55</sup> **F• 69 r•** sicut Legisperiti Iudeorum cognoverunt Filium Dei, ita parum legisperiti christianorum cognoverunt Spiritum sanctum Dei, quia quemadmodum Iudei crucifixerunt Filium Dei in persona, ita isti scilicet legisperiti christianorum crucifixerunt Spiritum sanctum in persona, scilicet in persona ipsius loquentis, prout hec omnia, ut asserit, Dominus Deus sibi dixit. Qui Deus, ut supra dixit, Spiritum sanctum sibi dedit.

Item quod ita magnum opus fecerat Deus quando ordinavit ordinem sancti Francisci et sancti Dominici quam magnum opus fecit quando creavit mundum.

Item quod tot animas quot a creatione mundi salvaverat usque ad illud tempus quo dictos duos ordines ordinavit, tot animas salvabit usque ad finem huius mundi.

Item quod tot sancti quot fuerunt usque predictum tempus tot et tam magni sancti erunt usque ad finem huius mundi.

Item quod sanctus Franciscus est **F• 69 v•** ita magnus sanctus in paradiſo quantus est beatus Ioannes Baptista, quia sicut beatus Ioannes paravit viam coram Domino, ita sanctus Franciscus paravit vias coram Spiritu sancto.

Item dixit sibi Dominus, ut asserit, quod tot gratias et tantam gloriam dedit Dominus Fratri Petro Ioannis quot et quantas dedit Filio Dei in persona, scilicet in quantum fuit homo et non in quantum fuit Deus, et quod ideo oportebit a modo quod credatur quod Dominus Deus dedit dicto Fratri Petro Ioannis complete Spiritum, quia aliter homines et mulieres non salvarentur.

Quia, prout asserit sibi fuisse dictum a Deo in corpore Iesu Christi et in corpore eius matris, scilicet Virginis Marie non fuit aliqua mixtura, cum tantum esset idem et similiter in corpore spiritus dicti Fratris Petri Ioannis in corpore spiritus eiusdem loquentis Na Prous non est aliqua mixtura, sicut **F• 70 r•** dixit. Quia spiritus eiusdem Fratris Petri Ioannis et spiritus eiusdem loquentis sunt idem, quia totum descendit a Deo prout dixit.

Item quod dixit sibi Dominus quod quemadmodum ipse Deus rexit Ecclesiam per duo corpora carnis, scilicet corpora Christi et eius matris Marie Virginis, eodem modo reget de cetero Ecclesiam per duo corpora, Spiritus dati Fratri Petro Ioannis predicto et etiam spiritus dati ipsi Na Prous loquenti, qui spiritus ambo sunt unum, sicut dixit..

Item asseruit sibi fuisse dictum a Domino quod oportet ut quicumque voluerit se salvare credant verbis scripture dicti Fratris Petri Ioannis; cum sint scripta per virtutem Spiritus sancti, et similiter quod verbis ipsius Na Prous credit, cum sint dicta per virtutem Spiritus sancti, sicut dixit, postquam sciverunt, aliter homo non posset salv~ari, et insuper quod qui non credit Na Prous **F• 70 v•** verbis morte morietur eternali.

Item quoc cuicunque persone credenti verbis ipsius Dominus Deus dabit duo, scilicet quod indulget eidem persone credenti peccata sua, et dabit sibi Spiritum sanctum.

Item quod tantam gratiam et gloriam et tot dona dedit Dominus sancto Dominico quantam gratiam et gloriam et quot dona dedit Abrahe. Item quod Abraham habuit unum filium de ancilla, de quo filio Deus mandavit ipsi Abrahe quod ipsum filium transmitteret in desertum cwm pleno barrili aque, et quod istam Ecclesiam modernam vocat Deus ancillam, et ista ancilla ordo sancti Dominici habuit unum spiritum. Et ita patet sicut ille erat legitimus ita patet iste spiritus est legitimus quia sicut Abraham illum filium quem genuit de ancilla transmisit in desertum, ita Fratres predicatorum mittunt istum spiritum in desertum. Et sicut

<sup>55</sup> Corr.: parum.

man- **F° 71 r°** davit Abraham filio suo quem misit in desertum ut portaret secum barrille plenum aque, ita Deus mandat Predicatoribus quod plorent quia se<sup>56</sup> bene rexerunt secundum Dominum nostrum, et mandat Dominus Deus tam dictis Fratribus quam Minoribus quod a modo non faciant inquisitiones.

Item quod Dominus Deus mandat dictis Eratribus Predicatoribus et Mincribus quod sicut mandavit Abrahe quod reciperet liberam que erat antiqua in uxorem, ita ipsi Fratres Predicatores habeant recipere et tenere antiquam religionem sicuti beatus Dominicus et sanctus Franciscus eam fundaverunt et tenuerunt, et quod sicut Abraham habuit unum filium de libera, ita ordo Predicorum habebit unum spiritum novum ab isto ordine novo, si ipsum ordinem teneant ut beatus Dominicus instituit et servavit.

Item quod sicut filius **F° 71 v°** Abrahe genitus a libera habuit duodecim filios qui fuerunt patriarche, ita iste ordo Predicorum novus si servetur prius, habebit duodecim filios ab isto spiritu, qui sunt vocati àuodecim porte in sacra Scriptura, et ita reparabat<sup>57</sup> Deus populum iudeorum per ordinem istum.

Item asseruit quod Dominus dixit sibi quod Adam habuit duos filios, scilicet Abel et Caym, et quod ipse Deus nunc isto tempore se vocat et nominat Adam, et dicit se nunc duos filios habuisse sicut Adam habuit duos filios ab Eva, ita ipse Dominus Deus ipsos duos filios suos habuit ab ista Ecclesia moderna. Quia, ut dixit, quemadmodum Eva fuit inobediens, ita et ista Ecclesia fuit inobediens, et ideo istam Ecclesiam vocat Dominus Evam, sicut dixit.

Item quod quemadmodum Adam genuit ab ipsa Eva Abel et Caym, ita ipse Dominus Deus habuit duos **F° 72 r°** filios ab ista Ecclesia, scilicet Abel et Caym, quam Ecclesiam vocat Evam per similitudinem, asserens quod ille filius Ecclesie qui est similis Abel fuit Frater Petrus Ioannis, et alias qui est Caym fuit iste Frater Thomas de Aquino de ordine Predicorum qui fuit nuper canonizatus. Et sicut Caym interfecit Abel fratrem suum corporaliter, ita iste Frater Thomas interfecit fratrem suum, scilicet dictum Fratrem Petrum Ioannis spiritualiter, id est eius scripturam.

Item quod sicut sanguis Abel clamabat Deo iustitiam, ita et spiritus Fratris Petri Ioannis predicti clamat Deo iustitiam, prout hec omnia a Bomino Deo audivit sicut dixit.

Item asserit quod Dominus dixit sibi quod ipsa portaret tot labores quot portaverat virgo, et etiam tot quot portavit filius Dei in persona, et omnes in spiritu portabit.

Item dixit sibi Dominus sic: "Filius Dei fuit **F° 72 v°** datus communi, et tu eris data communi". Item "Dominus fuit datus "en tresbuco de mout", (id est multorum) "et tu similiter daberi en tresbuctz multorum" Item "ille qui creavit mundum redemit me, et ille reparabit. Item Deus misit filium suum uni virginis ad redimendum humanam naturam, et Filius Dei misit Spiritum sanctum uni alteri virginis ad reparandum humanam naturam", dicens quod Deus dat sibi bene intelligere quod ipsa est illa virgo cui Deus misit Spiritum sanctum ad recuperandum humanam naturam.

Item dixit et asseruit quod Dominus Deus sibi dixit quod illum librum quem beatus Ioannes dixit se vidisse septem sigillis sigillatum ipsamet<sup>58</sup> Na Prous apparuit et quod primum sigillum fuit apertum notario de quo supra dixit, et secundum fuit appertum cuidam Fratri minori **F° 73 r°** apostate de quo supra dicit, et tertium sigillum fuit appertum cuidam alteri quem nominat, et insuper quod totus liber fuit appertus mihi Menneto notario qui hec scripsi. Item dixit sibi Dominus Deus prout asserit quod ipsa tenet Yridem, id est archum Dei supra caput suum, et quod ipsa tantam trahit ipsam archam quod facit ultimum caput dicti archus attingere primum.

Item quod ille eques quem beatus Ioannes dicit se vidisse in libro Revelationum est ipsamet Na Prous, et ille qui sedet super ipsum equum album est ipsem Iesus Christus.

<sup>56</sup> Adde: non ?

<sup>57</sup> Corr.: reparabit.

<sup>58</sup> Corr.: ipsimet.

Item quod Dominus vult quod regula beati Francisci et sancti Dominici releventur et serventur tam alte et tam gloriose quam alte et quam gloriose sanctus Franciscus et Dominicus easdem incepérunt, et quod non remaneat aliqui qui in hoc contradicat nec etiam aliquis homo vi- **F° 73 v°** vens in terra contradicat, quia si hoc faceret, maledictio Dei esset ante eos et eis data.

Item dixit a Domino Deo sibi dictum fuisse quod omnia verba suprascripta per ipsam Na Prous recitata sunt verba Spiritus sancti et ordinata sunt sibi loquenti a Spiritu sancto postquam ipsum Spiritum sanctum dedit sibi Deus die veneris sancta proximo transacto fuerunt quatuor anni, et quod Deus precepit omnibus quod sapienter inde se regant omnes, et quod vult ipse Deus quod per totum mundum hoc sciatur.

Item dixit sibi Dominus Deus, ut asserit, quod viscras<sup>59</sup> premissorum vel aliquarum de eis invenietur in tribus partibus sacre Scripture, scilicet in libris Apocalipsis Biblie, et Danielis, dicens ipsa Na Prous se credere firmiter quad predicta omnia que dixit sunt vera et debeant sic cantingere et fieri, et narravit fore **F° 74 r°** ventura vel futura et verificari credit, asserens se esse certam quad a predicta die veneris sancta proxima preterita fuerant quattuor anni in antea, habuit Spiritum sanctum et adhuc habet ut supra dixit, dicens quad licet ipsa nolle predicta divulgari per universum mundum, quantum est de sua voluntate, tamen Deus vult quod omnia predicta per totum mundum divulgantur, dicens interrogata quad nunquam fuit informata de predictis per aliquam persanam viventem, nisi per ipsum solum Deum et Spiritum sanctum, qui dedit sibi intelligere supradicta. Afferens se velle perseverare et vivere et mori in predictis, quia Deus qui nunquam mentitus fuit dixit sibi ea tanquam vera, et non crederet quod sibi mentitus fuisset.

Item dixit quod si Papa qui nunc est, scilicet dominus Ioannes vigintimus secundus ac cardinales, prelati et doctores sacre **F° 74 v°** pagine dicentes sibi et ostenderent per rationes et auctoritates sacre Scripture quod dicta que ipsa tenet et asserit se credere et tenere essent erronea et hereticalia, et monerent eam quod predictas errores revocaret, non crederet nec obediret eisdem, quia, ut dixit, Dominus Iesus Christus qui predicta sibi dixit est peritior et prudentior quam omnes homines totius mundi.

Item dixit quod si Papa excomunicaret eam propter illam inobedientiam ipsa non reputaret se excommunicatam nec etiam crederet damnari si moreretur in excommunicatione predicta, quia Deus certificavit eam alio modo, sicut dixit. Afferens quod qui condemnaret et combureret eam propter predicta, crederet esse salva et martir gloriosa in paradyso.

Item dixit, cum ipsa loquens dixerit quod sacramenta non sunt salutis sed quod perdidi- **F° 74 v°** derunt suam virtutem, interrogata si intendebat dicere de omnibus septem sacramentis, respondit quod potestas data beato Petro et sacramentum altaris perdiderunt suam virtutem, prout Dominus sibi dixit, credens, ut asserit, quod omnia sacramenta que fiunt per quascumque personas que non sint opinionis quam ipsa tenet non sunt salutis nec habent virtutem nec aliquid valent, et quod amodo quicumque celebrantes non poterunt confidere Corpus Christi, quia perdiderunt gratiam conficiendi Corpus Christi quam nunquam recuperabunt, sicut dixit, quantumcumque crederent in opere Spiritus sancti.

Item dixit quod due maneries gentium se salvabunt, scilicet illi qui predicta que ipsa dixit et credit intelligent et credent, et illis dabit Deus intelligere gratiam Spiritus sancti, et Scripturam, et alia maneries est, scilicet illi qui non intelligerint sed tamen **F° 75 r°** crederint, afferens quod nulla persona que predicta duo vel saltem alterum ipsarum crediderit salvabitur nec salvari poterit, prout Dominus sibi dixit, prout afferit.

Item dixit quod oportebit a modo quod quicumque voluerit se salvare quod credat in opere Spiritus sancti dati dicto Fratri Petro Ioannis et sibi loquenti, videlicet quod credat verbis que sunt in scriptura dicti Fratris Petri Ioannis et verbis que ipsam dixit, que omnia

<sup>59</sup> Corr.: veritas.

dixit esse opus Spirits sancti. Dicens quod magnam displicantiam habet quia oportet tam dicere de se seipsa, que videntur posse dici ad vanam gloriam, quia plus voluisse, ut asserit, frustratim lacerari cum ensibus, vel quod fulgor de celo descendit super terram quam dicere

quam dicere talia de se ipsa, et quod plus voluisse dicere de una alia creatura. Sed quia ita **F• 75 v•** vult et mandat sibi Deus, oportet ipsam dicere et facere Dei voluntatem. Nam Dominus Deus dixit sibi, ut asserit, quod qui crediderit scripture dicti Fratris Petri Ioannis et verbis eiusdem Na Prous et mandata sua servaverit baptisabitur in Spiritu sancto, et Dominus indulgebit ei peccata sua.

Item dixit et asseruit quod sicut peccatum Ade primi parentis nostri deletum et redemptum fuit per passionem Cristi, cuius passionis tempus dicit esse nunc finitum et completum, ita oportet quod peccatum istius Pape quod est ita magnum sicut fuit peccatum Ade deleatur et redimatur per virtutem Sp̄iritus sancti, cuius videlicet Spiritus sancti initium est terminum et finis passionis dicti Domini Iesu Christi. Afferens quod tempus novum dicti Spiritus sancti et novus status Ecclesie habuit initium in dicto Fratre Petro **F• 76 r•** Ioannis, et consequitur in ipsa que loquitur, sicut dixit, et sic nunc est status Ecclesie novus in quo credere oportet in opere sancti Spiritus quod superius declaratur.

Item dixit quod qui in dicto opere Spiritus sancti crediderit et mandata Dei servaverit, et si aliquando aliqua mandatorum ipsorum trasgressus fuerit, si tamen penituerit inde in corde suo, et constrictio habuerit, potest salvari absque sacramento confessionis et sacramento altaris, quia, ut dixit sibi Dominus prout asserit, ille qui indulgebat peccata in oris confessione tempore passionis Christi, ille idem indulgebit peccata in cordis constrictione in tempore operis Spiritus sancti, et itaque hec duo sacramenta, scilicet altaris et confessionis oris adnullata sunt totaliter et finita, sicut dixit, sed sacramentum **F• 77 r•** penitentie adhuc dicit remanere, afferens quod predicta sacramenta non sunt necessaria ad salutem sed sola credentia in opere Spiritus sancti, et mandatorum observatio et cordis constrictio sufficiunt ad salutem anime.

Item dixit interrogata quod sacramentum matrimonii mandat Deus teneri et obseruari per illum modum per quem factum fuit inter Adam et Eavam et in sancto Ioanne, et per eundem modum per quem fuit factum illud matrimonium quando Christus interfuit in nuptiis cum beato Ioanne, quamvis interrogata dixerit se nescire per quem modum illud matrimonium fuit factum.

Item dixit se credere quod ille qui peccat mortaliter et de peccat illo conteritur in corde salvari potest absque oris confessione, solum quod credit in opere Spiritus sancti, dicens quod tali non est necessaria aliqua impositio penitentie in hoc mundo **F• 77 v•** scilicet ieuniorum aut alia, quia in hoc quod homo conteritur in hoc est penitentia et ideo sibi non est alia penitentia imponenda, et tamen salvatur, sicut dixit, quia Spiritus sanctus in cuius opere credit impetrat sibi gratiam et salutem. Afferens quod quantumcumque aliqui capellani celebrant a modo missas et dicant verba que solebant dici ad consecrationes Corporis Christi in Eucharistia, nichil proficiet ad salutem cuiuscumque nec Corpus Christi conficiat, quia, ut supra asseruit et asserit, sacramenta perdiderunt suam virtutem.

Item dixit quod ille qui dedit Legem ille potest tollere eam, sed Christus dederat legem sacramentorum et gratiam, et ideo ipsem est substulit sicut dixit propter peccatum dicti Pape.

Item dixit quod quicumque homines et mulieres tam christiani quam iudei quam sarraceni quam alii cuiuscumque condi- **F• 78 r•** tions existant qui crediderent in Spiritus sancti opere salvabuntur.

Item dixit quod Epistola orationis sanctorum, Evangelia, Pater noster, et bona verba Prophetarum et aliorum sanctorum legi poterunt in Ecclesia et alibi ad laudem Dei et ad memoriam Dei et sanctorum, preter sacramenta que non fiant, sicut dixit, et si fiant non valebunt.

Item dixit quod omni die et nocte et omni hora videt Deum in spiritu et nunquam ab eo

recedit, dicens quod ipsemet Christus vult esse caput Ecclesie et regere animas, et non permittit a modo regi eas per quemcumque Papam, et si unus alius per cardinales eligeretur, quia per imperpetuum cessat papatus. - Interrogata per quem modum reget Deus animas, dixit quod per Spiritum sanctum et per opus sancti<sup>60</sup>

Item dixit et asseruit quod Dominus dixit sibi quod Christus cepit corpus suum carnis ex una paupere virgine, et pauperes **F° 78 v°** et divites non timuerunt eum vituperare, et finaliter crucifigere et ut nullus palparet eum crucifigere, et quod a simili ipse corpus accepit unum corpus spiritus in una paupere virgine ad finem quod pauperes et divites non timeant ipsum Christum vituperare et perse.<sup>61</sup> et finaliter crucifigere in spiritu, quia ut Deus sibi dixit, ut asserit, de virgine cepit corpus suum et de ipsamet Na Prous cepit verbum, quia tantum quantum Christus fuit vituperatus in corpore quod cepit in Virgine, ita oportet quod tantum vituperatus sit in illo corpore verborum ipsius loquentis, scilicet in spiritu.

Item dixit quod Deus sibi dixit sic: "*Tu siras escarnida, debinhada et finalment crucificada, et tout aco porterai en toi*".

Item quod dixit sibi Dominus quod sicut Eva prima femina fuit initium et causa damnationis totius humane nature seu humani **F° 79 r°** generis per peccatum Ade, "sic tu eris initium et causa salvatianis totius humane nature seu humani generis per illa verba que faciam te dicere, si credantur"

Item dixit sibi Dominus, ut asserit, quod sanctus Ioannes videt tres angelos quorum primus portabat signum Dei vivi, et hic erat sanctus Franciscus, secundus vero habebat faciem solis et erat Frater Petrus Ioannis, tertius vero portabat claves abyssi et hic est sanctus Spiritus quod Deus dedit sibi loquenti.

Item dixit quod Abyssus erit tancata et clausa illis qui credent verbis hiis, scilicet ipsius loquentis, et illis qui non credent verbis erit Abyssus apperta.

Interrogata si Deus dixit sibi verba que recitaverit, dixit quod sic, sed illa non diceret cuicumque viventi nisi per ipsum Deum esset compulsa.

Predicta depositit et confessa fuit gratis et sponte **F° 79 v°**, et pluries sibi lecta in vulgari et confirmavit et approbavit, et monita, hortata pluries in iudicio et alias quod predicta omnia tanquam hereticalia revocaret et abiuraret, perseveravit in eis, asserens in predictis tanquam veris se velle vivere atque mori.

---

<sup>60</sup> Sic.

<sup>61</sup> Corr.: persecuti.

(MANENTA ROSA DE LODOVA)

**Manenta Rosa uxor quondam Bernardi Arnaldi Sabaterii de Lodova**, que alias fuerat primata<sup>62</sup> pro heresi seu fautoria begguinorum et cruces portaverat heresimque abiuraverat, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno millesimo trecentesimo vicesimo quinto legitime constat, dum nuper esset in Muro detenta in carcere clauso, Amorosa Laureti quindecim Amorosa Laureti de Lodova<sup>63</sup>, predicta clamavit ei per "la tuyera" **F° 80 r°** vocando eam nomine suo, et cum respondisset ei et dixisset sibi quod maritus suus predictus erat in dicto Muro detenus, ipsa Amorosa dixit: "Potestne dominus meus vos audire ?" que respondit quod sic, et tunc dicta Amorosa dixit sibi: "dicatis domino meo quod ipse est captus pro eleemosina data Guillelmo Sarrallerii", et quod dicat quod non dedit sibi dictam elèemosinam vel quod "ne si otriechges", (latine: quod ad hoc non assensit) et hoc dicto ipsa respondit libenter et clamavit dicto Amoroso quantum potuit, et sibi dixit predicta verba que dicta uxor sua ei dici mandabat, et etiam per quandam hominem propinquum in alio carcere sibi clamari fecit. Et iterum in crastino dum porte prime carcerum fuissent apperte, iterum eidem marito predicta verba uxorum<sup>64</sup> ex parte sue dixit et clamavit, non credens tunc nec bene nec male facere, **F° 81 r°** sicut dixit.

Item recognovit et confessa fuit quod hoc tempore Paschali proximo transacto scilicet postquam cruces habuerat ipsa que loquitur, quadam die misit apud Montempessulanum per Berengarium Iaoul tunc vivum nunc defunctum de Lodova Raimunde Rigaude de Lodova quam dictus Berengarius dicebat esse infirmam ibi duos solidos vel circa amore Dei. Audiverat tamen antea dici ipsa loquens, sicut dixit, et fuit vox et fama inter gentes de Lodova cum dicta Raimunda recessit de Lodova, quod recesserat propter timorem quam habuit quod caperetur in Curia domini episcopi Ldovensis, cum alii begguini capiebantur.

Item dixit quod dictus Berengarius Iaoul et dicta Raimunda antequam ipsa loquens habuisset cruces loqui fuerunt sibicumque de begguinis condepnatis et combustis, dicendo eos esse **F° 81 r°** meliores homines et meliorem vitam tenentes quam homines de mundo, sed tempus erat tunc, ut dicebant, tale quale erat tempus passionis Iesu Christi in quo tempore omnes persecabantur ipsum Christum, et quod qui bene contemplaretur in passione Iesu Christi et in tempore presenti, ipse cognosceret et reputaret dictos begguinos qui conidempnabantur et persecutionem patiebantur esse bonos homines et tenere vitam Christi.

Item confessa fuit et recognovit ipsa que loquitur quod etiam postquam ipsa iam portaverat cruces et iam habuerat gratiam de dictis crucibus, dictus Berengarius Iaoul scilicet post mortem mariti sui, dixit sibi in domo sui ipsius que loquitur vel similia de ipsis begguinis condepnatis, et tunc ipsa respondit ei quod satis habebat contemplari in pueris suis.

Item alia vice dictus Berengarius loquutus fuit sibi de illis qui fuerant combusti in gracia **F° 81 v°** Lodove, dicendo quod ipsi multum patienter sustinuerant mortem, et quod non clamaverant nec dixerant unum verbum, et quod pulcherrimum erat hoc videre. Dixit tamen quod licet ante tempus quo fuit penitentiata credidisset dictos condempnatos esse bonos homines propter pulchram vitam quam tenebant, nunquam tamen a dicto tempore penitentie sibi iniuncte credit eos esse bonos homines nec iniuste condempnatos sicut asserit, per

<sup>62</sup> Corr.: penitentiata.

<sup>63</sup> Sic.

<sup>64</sup> Corr.: *uxoris sue*.

iuramentum. Sed quando audiebat dictum Berengarium post dictam penitentiam eos commendare, cogitabat quod male dicebat, cum de hoc non esset certus.

-Interrogata ex quo audiebat dictum Berengarium talia dicere et cognoscebat eum male dicere quare non accusabat eum cum ipsa iurasset et promisisset in abiuratinne tales revelare vel capi facere, respondit quod ad hoc non cogitavit, nec tunc recordabatur quod hoc promisisset vel iurasset.

Comittens **F<sup>•</sup> 82 r<sup>•</sup>** hec temporibus supradictis ea celavit donec capta fuit, et in Muro detenta, et negavit iuramento medio ea que pastea revelavit. Dicit tamen se penitere.

(GUILLELMA MAZA DE CALVAYRACHO)

Guillelma Maza uxor quondam Ioannis Maza de Calvayracho diocesis Castrensis defuncta, sicut per ipsius confessionem in iudicio sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo mense augusti factam legitime constat, cito post mortem dicti mariti sui, de cuius morte scilicet viri sui esse vigintiquinque anni vel citra tempore confessionis infrascripte per eam facte, quedam persona quam nominat dixit sibi dicenti se esse tristem de dicti viri sui : "Filia, confortamini et consolamini, et confide in Domino Deo meo, et manutenes te in viduitate tua, et vive sicut<sup>65</sup> **F<sup>•</sup> 82 v<sup>•</sup>** sicut bona domina", et multa alia bona verba subiungens ei dicta persona dixit sic: "Si tu velles credere uni boni homini quem habeo in domo nostra et audire eum predicantem et dicentem sua bona verba, non dubito quin multum placeret tibi et quin faceret tibi multum bonum".

Et tunc interrogata dicta persona cuiusmodi homo erat ille, respondit quod erat unus homo valde bonus et probus, et qui multa bona sciebat, et bonam vitam et sanctam tenebat, nec aliquid malum faciebat nec dicebat. Tamen ipse non audebat ire palam nec publice nec se ostendere, quia erat de illi quos Ecclesia persecuebatur et investigabat.

Quo auditio statim ipsa loquens fuit inflammata et accensa in corde ad amorem dicti hominis, et desideravit ipsum videre, rogans dictam personam ut sibi ostendere vellet eundem. Que parata respondit quod tunc non erat tempus, quia si gentes scirent illum **F<sup>•</sup> 83 r<sup>•</sup>** bonum hominem esse ibi, timebat quod caperetur, sed capiaret aliam horam in qua ipsum videre procuraret, inducens eam ad tenendum sub secreto predicta.

Item post predicta duabus vicibus per magnum temporis intervallum quasi per unum annum, induta<sup>66</sup> et instructa per dictam personam in domum ipsius persone illum bonum hominem de nocte obscura visitavit, et ipsum manu sua tetigit, et ipse homo eam econtra, licet se invicem non viderent. quia locus erat obscurus et lumine carebat. Et erat cum dicto homine unus aliis quem similiter tetigit, et non vidit, et multa bona verba sibi dixerunt, sed non contra fidem, sicut dixit. Quorum nomina tunc nescivit, sed postea audivit alterum ipsorum Bartholomeum valdensem nominari, et audito postmodum quod alii valdenses erant capti in illa terra cogitavit quod essent illi.

- Interrogata si confessa fuit eis vel aliquos errores ab ipsis audivit, respondit quod **F<sup>•</sup> 83 v<sup>•</sup>** non.

Predictos tam valdenses et alios eis similes credidit esse bonos homines et habere et tenere bonam vitam, fidem et sectam, dum audivit eos per dictam personam ut premittitur comedari, et etiam quando eos dictis duabus vicibus visitavit, quamvis sciret, ut dixit, quod ipsi non audebant ire publice propter alios christianos, quia timebant capi, et sciret quod

<sup>65</sup> Réclame.

<sup>66</sup> Corr.: inducta.

Ecclesia persequebatur eosdem; nichilominus credebat posse salvari in fide et secta eorum, et perseveravit in credentia sppradicta a primo tempore quo audivit eos comebdari per dictam personam usquequo audivit eos esse captos, scilicet per duos annos vel circa.

Cocmittens hec per viginti quinque annos ante tempus sue confessionis vel citra, nec predicta nisi citata voluit confiteri. Dixit tamen se penitere et heresim abiuravit.

(BLASIUS BOERII SARTOR DE NARBONA)

**Blasius Boerii *F° 84 r°* sartor de Narbona**, sicut per ipsius confessionem in iudicio factam sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto mense octobris legitime constat, duodecim anni possunt esse, inductus per Guillelmum Dominici veirerium de Narbona familiaritatem Fratrum Minorum qui portabant habitus parvos et etiam begguinorum habere incepit, et cum eis frequentare.

A dictis begguinis audivit quandoque legi scripturam Fratris Petri Ioannis, quem sanctum Patrem reputabant. Item quod regula Fratrum Minorum erat evangelica, et idem quod evangelium. Item quod Dominus Papa non poterat in ipsa regula nec in votis evangelicis dispensare nec Fratribus Minoribus concedere granaria et cellaria, et ita credit sicut dixit.

Item audivit ab eisdem quod constitutio facta super granariis et cellariis dictorum Fratrum erat iniuste facta.

Item audivit a quibusdam hominibus quos *F° 84 v°* nominat quod dicti Fratres non tenebantur dicte decretali obedire.

Item quod Christus et apostoli nunquam habuerunt aliquid in proprio nec in communi, et ita credit sicut dixit.

Item quod Fratres Minores Massilie condempnati fuerunt indebite condemnati et combusti, et hoc idem ipse credit aliquo tempore sicut dixit.

Item tres apostatas de ordine Minorum una vice simul, et alia vice quatuor, quibus fuerat imposita penitentia per inquisitorem Massilie in domibus duarum personarum Narbonensem visitavit, non solum semel, sed pluries et cum eis inibi comedit et bibit, et postea in domo propria per dies aliquos receptavit, et de bonis suis ad manducandum et bibendum eis dedit, et aliunde procuravit; ipsosque ad alia loca associavit, et specialiter instructus et inductus per Petrum Trancavellum de Bitterris, recepta ab ipso Petro pecunia, dictos apostatas eundo versus Tholosam precessit et ibi quoddam hospitium pro ipsis procurari *F° 85 r°* et locari per quendam quem nominat fecit, dictosque apostatas in Tholosa dimisit, sciens ipsos esse tales.

In credentia predictorum per duos annos et amplius stetit, et potius credit de maiori tempore quam minori. Appellationibus predictorum Fratrum Spiritualium Narbonensem factis a principio dissensionis mote interfuit eosque secutus fuit ad Romanam Curiam, ut videret finem, aliquibusque ipsorum pecuniam obtulit, et uni bracas emit. Et viso quod remissi fuerant ad obedientiam suorum superiorum, apud Narbonam reversus fuit. Eis favendo et eos receptando, assistando et celando bene facere credit.

Committens predicta a predicto tempore duodecim annorum citra longo tempore celavit nec premissa confessus fuit donec citatus, adiornatus et super hoc requisitus. Dixit tamen se antea confessum fuisse domino Germano de Alanano de aliquibus predictorum, et non tamen de omnibus sicut dixit. *F° 85 v°* Aserit se penitere. ~

Data fuit sibi littera ad perquirendum hereticos, et ivit in Ciliciam et litteras

testimoniales inquisitorum partium illarum, et fuit promissa gratia de pena confusibili et amissione bonorum. Cepit preterea apostatam invocatorem demonum et inviolatorem et propriis sumptibus ipsum captum adduxit.

(DOMINUS MATHEUS RECTOR ECCLESIE DE BELLOVIDERE)

Dominus Matheus rector Ecclesie de Bellovidere diocesis Narbonensis, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno Domini millesimo centesimo viesimo legitime constat, septem anni fuerunt ante tempus confessionis per eum facte de infrascriptis eo tempore quo adhuc erat clericus non sacerdos, in sermone publico audivit in Montereali Fratrem Raimundum Ioannis tunc ordinis Minorum dicentem quod adhuc patien- **F° 86 r°** tur persecutioes et detrimenta propter fidem, et post dictum sermonem cum ipse loquens interrogaret dictum Fratrem quare dixerat in suo sermone se passurum propter fidem, cum ipse non iret ultra mare ubi inimici fidei, respondit et dixit, audientibus aliquibus personis, qui sibi loquitur sic: "Inimici fidei sunt inter nos, nam Ecclesia qua regimur figuratur nobis per illam magnam meretricem de qua loquitur beatus Ioannis in Apocalipsi, et ista persequitur ministros Christi et pauperes. Nunquid vos videtis quod nos non audemus ire palam inter nostros Fratres ?"

Postea dixit dictus Frater R. Ioannis quod in Ecclesia Romana non fuit verus Papa citra Celestinus, quem ipsi pauperes habebant in Cilicia<sup>67</sup> vel eius successores et cardinales et prelatos, et illa est vera Ecclesia. Quibus verbis ipse loquens non credit sicut dixit.

Predictum Fratrem Raymundum Ioannis postea associavit **F° 86 v°** per iter remotum et diversum una cum quibusdam aliis usque Foncianum et ibi iacuit, et in itinere predicto ab ipso Fratre Raimundo audivit quod hostia oblata in altare per sacerdotem assumebat per verba consecrationis divinitatem que descendit de celo ad modum columbe, et uniebatur cum hostia, et erat ibi usque receptionem, et in receptione evanescebat. Quos errores ipse loquens non credit, sicut dixit.

Item audivit a quodam quem nominat qui fuit ut hereticus condepnatus et combustus quod melior erat status begguinorum quam aliquis status religionis vel sacerdotii vel matrimonii.

Item alia vice audivit ab eodem Fratre Raimundo Ioannis quod non habebamus nec habueramus citra Papam Celestimum aliquem Papam, que non credit sicut dixit.

Predictos errores audivit per septem annos vel citra ante confessionem suam factam de predictis, nondum existens ad sacros ordines; promotus venit tamen gratis non vocatus, nec citatus **F° 87 r°** nec per aliquem accusatus seu delatus. -Interrogatus quare tamdiu celavit predicta, respondit quod multis vicibus fuerat in via et venerat apud Carcassonam ad revelandum predicta, et fuit impeditus propter absentiam domini quandam tunc inquisitoris et ex negligentia sua non ex malicia, et semper fuit in proposito revelandi, ut dixit.

In alio sermone fuit vocatus et in concilio reputatus male confessus et de credentia suspectus. Fuit positus in Muro et detentus aliquo tempore ad plenius confitendum. Requisitus in iudicio nichil aliud voluit confiteri, sed manu propria scripsit unam cedulam in qua ponit multas excusationes ad pretendendum quod nondum begguinorum et Fratrum Minorum error fuerat notus ut est modo, et supplicat misericorditer secum agi et non confundi.

<sup>67</sup> Sic.

(ABIURATIO)

Nos Stephanus Gramat de Villa- **F° 87 v°** nova diocesis Bitterrensis, Andreas Berengarii de Montanhaco diocesis Agathensis, Agnes eius uxor, P. Mazot de Bitterris basterius, Ermessendis Grossa de Ginhacho diocesis Bitterrensis, Sibillia Cazelle, Germanus frenerius de Tholosa habitator Carcassone, Bernardus Castillon cederius, Ioannes de Petra sartor (de Montepessulano) Ioannes Cortaiti laborator de Montepessulano, Alisseta seu Alarassis Bonete de Sancto Petro de la Cadiera soror Na Prous, Alisseta eius socia de Salvazanhegues (habitatores Montispessulanii), Bernardus Fenasse, P. Astruc (de Albia), Raimundus Ioannis apostata ordinis Minorum de Lonteregali, Raimundus Cathalani presbiter de Roiano diocesis Bitterrensis, **F° 88 r°** P. Fabri de Caiaco habitator Bitterrensis, Guillelmus Molinerii clericus Bitterrensis,

constituti in iudicio coram Vobis venerabilibus et religiosis viris Fratribus Henrico de Chamayo Carcassone, P. Bruhi Tholosano ordinis Predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in regno Francie auctoritate Apostolica deputatis et Hugone Augerii utriusque iuris professeri, officiali Narbonensi, Durando Catherini priore de Crestio, Hugone de Fontanillis officiali Albiensi, Bertrando de Auriacho canonico Montisregali et Ioanne de Castanherio precentore sancti Affrodesii Bitterrensis per reverendos Patres dominos episcopos vel eius vicarios Albiensem, et Bitterrensem episcopos in fidei negotio commissarios deputatos,

abiuraffius heresim, credentiam, **F° 88 v°** fautoriam et defensionem ac receptionem, celationem et occultationem quorumquamque hereticorum cuiuscumque secte dampnate et specialiter manicheorum et alterius cuiuscumque,

et nos Raymundus Cathalani, et P. Fabri et Guillelmus Molinerii predicti ultra predicta de scientia certa abnegamus et abiuramus omnem demonum invocationem, immolationem, sacrificium et coniurationem, sortilegia, divinationes et auguria et omnimodum actum sortilegum ac scienciam mathematicam et nigromanticam contra fidem catholicam et sacrosanctam Romanam Ecclesiam se quomodolibet erigentem, sub pena que de iure debetur relapsis in heresim in iudicio abiuratam.

Item proittimus et iuramus quod toto posse nostro persecuemur et revelabimus seu detegemus hereticos, credentes et fautores et receptatores ac defensores eorum et pro heresi fugitivos **F° 89 r°** necnon demonum invocatores, immolatores, sacrificatores et coniuratores, sortilegas, divinatores et augures quoscumque utentes scientiis vel artibus maleficis quibuscumque, quandocumque et ubicumque sciverimus eos esse vel aliquos de predictis.

Item promittimus et iuramus quod tenebimus et servabimus et defendemus fidem catholicam Domini Iesu Christi quam sancta Romana Ecclesia predicit et observat.

Item promittimus et iuramus quod parebimus et erimus obedientes mandatis Ecclesie et Vestris et successorum Vestrorum, et quod recipiemus et pro posse nostro perficiemus et complebimus penitentiam quam nobis et cuilibet nostrum duxeritis iniungendam, et quod nunquam fugiemus nec nos absentabimus contumaciter et scienter.

**SENTENTIA ARBITRARIA CUM CRUCIBUS**  
**ET PEGRINATIONIBUS**

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Cum Nos **F<sup>•</sup> 90 r<sup>•</sup>** Fratres Henricus de Charnayo Carcassone, P. Bruni Tholose inquisitores tam pro Nobis in presenti negotio quam pro reverendo Patre domino R. episcopo Agathensi qui sufficienter requisitus venire non potuit nec mittere, sicut per litteras suas Nobis intimere curavit, ac Nos Ioannes de Castanherio per prefatum dominum episcopum litteratorie commissarium in hoc facto et aliis factum fidei tangentibus specialiter deputatus, invenimus et per confessiones vestras in iudicio factas legitime nobis constat, quod

tu **Stephanus Gramat de Villanova** diocesis Bitterrensis, peregrinationes maiorres,  
**Petrus Mazot** Bitterrensis basterius peregrinationes maiores cum crucibus,  
**Ermessendis Grossa** peregrinationes minores,  
**Sibilla Cazelle de Ginhacho** peregrinationes sine crucibus,  
**Andreas Berenguerii de Montanhacho** **F<sup>•</sup> 90 v<sup>•</sup>** diocesis Agathensis,  
**Agnes eius uxor**, cruce simplices et peregrinationes minores.

tam graviter et tam multipliciter in crimine heresis deliquistis, sicut lectum et recitatum est vobis in vulgari, idcirco vos Stephanum, Petrum, Ermessendim, Sibilliam, Andream et Agnetem superius nominatos volentes, ut asseritis, redire ad Ecclesie unitate~, abiurata per vos omni heresi, credentia, fautoria et participatione hereticorum cuiuscumque secte et quibusque nminibus censeantur, prestitoque per vos ad sancta Dei Evangelia iuramento quod parebitis et eritis obedientes simpliciter mandatis Ecclesie et Nostris, absolvimus secundum formam Ecclesie consuetam ab excommunicationis vinculis et censuris quibus eratis ligati pro culpis predictis per vos confessatis, et quod recognovistis vos in crimine heresis commisisse, si tamen corde bono et fide non facta redieritis ad ecclesiasticam unitatem et si mandata vobis iniuncta servaveritis **F<sup>•</sup> 91 r<sup>•</sup>** et curaveritis adimplere. Et quia in Deum et sanctam matrem Ecclesiam predictis modis temere deliquistis, ac die et loco vobis ad recipiendum penitentiam peremptorie assignatis, sedentes pro tribunal, sacrosanctis Dei Evangelii positis coram Nobis, ut de vultu Dei Nostrum procedat iudicium et oculi Nostri videant equitatem, de bonorum et prudentium consilio imponimus et iniungimus in his scriptis vobis et vestrum singulis in penitentiam et nomine penitentie pro predictis culpis sub virtute sancte obedientie et a vobis prestiti iuramenti, quod: tu

**Stephanus Gramat:** peregrinationes maiores sine crucibus,  
**Ermessendis Grossa, Sibilla Gazelle,** peregrinatio~es minores sine crucibus,  
**Andreas Berengarii, Agnes eius uxor**, cruce simplices et peregrinationes minores,  
**Petrus Massot**, cruce et peregrinationes **F<sup>•</sup> 91 v<sup>•</sup>** minores portetis et impleatis prout in vestris litteris penitentialibus que vobis tradentur dictarum crucium forma, qualitas et quantitas ac etiam peregrinationes et penitentie ipse plenius insserantur.

Lata fuit hec sententia anno, indictione, die, loco, pontificatu et presentibus testibus et notariis antedictis, et magistro Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis publico auctoritate apostolica notario premissis interfuit et una cum aliis prenominatis, qui etiam hec scripsi in nota, vice cuius et de voluntate cuius et de mandato domini inquisitorisego Ioannes de Angione clericus Trecensis diocesis predicta de nota sua extraxi et hic fideliter ea scripsi.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Cum Nos **F° 92 r°** Henricus de Chamayo Carcassone, P. Bruni Tholosanus inquisitores, Bertrandus de Auriacho, Hugo Augerii, Durandus Catherini, Hugo de Fontanillis et Ioannes de Castaniherio, reverendorum Patrum dominorum Carcassonensis, Magalonensis, Albiensis, Bitterrensis et Sancti Pontii Thomeriarum Dei gratia episcoporum vicarii seu commissarii antedicti, quathenus quemlibet Nostrum tangit per inquisitionem legitime factam invenimus et per confessiones vestras in iudicio legitime Nobis constat quod tu

**Germanus frenerius** de Tholosa habitator Carcassone,  
**Bernardus Castillon cederius** de Montepessulano,  
**Ioannes Orlach laborator,**  
**Ioannes de Petra sartor,** Mimatensis diocesis habitatorum de Montepessulano,  
**Alisseta seu Alaraxis** soror Na Prous,  
**Alisseta seu Alaraxis** earum socia habitatores Montispessulani, **Bernardus Fenasse,**  
**Petrus Astruc** de Albia,  
**Raimundus Ioannis** apostata ab ordine Minorum,  
**Raymundus Cathalani** **F° 92 v°** presbiter de Roiano diocesis Bitterrensis,  
**P. Fabri** de Caiarco diocesis Caturicensis clericus,  
**Guillelmus Molinerii** clericus Bitterrensis,

tam graviter et tam multipliciter... **F° 93 r°** ... ad agendum penitentiam pro commissis ad perpetuum Muri Carcassone carcerem ubi panis doloris in cibum et aqua tribulationis in potum dumtaxat ministrentur sententialiter condempnamus.

Et quia tu, **Raimundus Cathalani** presbiter, **Petrus Fabri** de Caiarcho, et **Guillelmus Molinerii** clerici antedicti gravius et enormius in predicto crimine heresis deliquistis, et ideo estis gravius puniendi, vos omnes et singulos proximo superius nominatos ad agendum penitentiam de premissis ad standum in scala cum imaginibus demonum et lignis rubeis ante et retro tribus dominicis seu festivis ante ecclesiam sancti Vincentii prima die, et sancti Michaelis secunda, et in mercato **F° 93 v°** una die lune scilicet Carcassone;

et te **Raimundum Ioannis** apostamat, quia gravius et enormius deliquisti, te degradandum ab omnibus ecclesiasticis ordinibus et omni ordine sacerdotali decernimus et etiam iudicamus, et te prius degradatum et alios supradictos ad perpetuum et strictum dicti Nuri carcerem in perpetuis vinculis et compedibus ferreis, ubi vobis dictus panis doloris in cibum et dicta aqua tribulationis in potum dumtaxat ministrentur, in et cum his scriptis finaliter condempnamus et etiam adiudicamus, monentes vos omnes et singulos sub pena excommunicationis semel, secundo, tertio et peremptorie ac precise quatinus statim post sermonem nostrum et sententias completas et latas vos indilate ad carcerem vobis assignatum personaliter transferatis, alioquin ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc vos et vestrum quemlibet qui in hoc inobediens fuerit tanquam impenitentes hereticos hac nostra monitione premissa in et cum **F° 94 r°** his scriptis excommunicationis vinculo inodamus et excommunicatos a canone nunciamus, ficteque conversos et periuros;

monemus insuper universos et singulos canonice et peremptorie sub penis canonicis, ne aliquis cuiuscumque conditionis, gradus seu dignitatis existans, sciens vel credens vos vel vestrum aliquem esse tales recipiat vel defendat, vel vobis monitiones aut mandata Nostra non complentibus, ne ea non compleatis, aut contra confessata iurata seu abiurata vobis venientibus consilium, ducatum vel favorem impenderint vel impendi procuraverint, hac Nostra competenti monitione premissa ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc auctoritate qua fungimur in his presentibus scriptis excommunicationis vinculo innodamus et penas alias contra tales a canone promulgatas eos incurrisse decernimus ipso facto; retinemus autem Nobis et Nostris in inquisitionis officio successoribus plenariam potestatem

addendi, diminuendi, agravandi, mitigandi, et **F<sup>•</sup> 94 v<sup>•</sup>** etiam remittendi in predicta penitentia sive pena, necnon sententialiter aliquem vel aliquos de predictis si inventi fuerint scienter aut maliciose se aliqua de facto heresis supressisse seu aliquem innocentem involuisse in crimine heresis memorato.

Lata fuit... fideliter et scripsi

(SENTENCE DE NA PROUS BONETA)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Cum Nos Frater Henricus de Chamayo Carcassonne et P. Bruni Tholosanus inquisitores, et Hugo Augerii et Durandus Catherini commissarii supradicti, per inquisitionem legitime factam invenimus et per confessionem vestram factam in iudicio legitime nobis constat quod tu, **Na Prous Bonete** filia quandam Stephani Beneti de Sancto Petro de la Cadiera diocesis Nemausensis, habitatrix Montepèasulani, contra veram fidem catholicam et Ecclesiam Rommanam sacrosanctam, potestati et auctoritati sancte Sedis Apostolice iet domini summi Pontificis detrahendo de potestate auctoritate ipsius viaarii domini nostri Jesu Christi ac sacrosancte Ecclesie principatum et rudentum indissolubile et claves **F<sup>•</sup> 95 v<sup>•</sup>** ac sacramenta Ecclesie blasphemando, et quantum in te est totaliter eversaris, et male ac perverse sentiendo de fide plures articulos sacris canonibus contentos hereticales et erroneos sustinuisti, et adhuc sustinere niteris animo pertinaci; sicque tam graviter in crimine heresis deliquisti, prout tibi est hic lectum et recitatum intelligibiliter in vulgari;

idcirco Nos inquisitores et commissarii antedici prefati, illius inherentes vestigiis qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat, te Na Prous Bonete predictam tantos et tam enormes errores et hereses, ut premititur, sustinetur et defendere volentem protervia improbe et animo pertinaci, sepe et sepius charitable prius per Nostrum predecessorem multipliciter monitam et rogaitam, iteratis vicibus, nichilominus requisimus, rogavimus, monuimus et per probos viros religiosos et seculares rogari et moneri salubriter et humiliter fecimus, ut a predictis erroribus resilire et eos revocare verbo et animo, ac **F<sup>•</sup> 96 r<sup>•</sup>** etiam abiurare velles, redeundo rideliter et veraciter ad sancte matris Ecclesie unitatem, que claudere non consuivit imo potius apperire gremium Xad eam redire volenti, si vero monitiones et requisitiones huius et preces admittere hactenus recusasti et adhuc recusare etiam tue sevicie inherens et insuper asserens te velle in ipsis erroribus et heresibus, quos veros et catholicos asseris, vivere atque mori, nolens Nostro et peritorum proborumque virorum in sacra Scirptura et in utroque iure doctorum consilio credere quoquo modo;; attento per Nos et viso per experientiam manifestam quod per impunitatis audaciam fiunt qui nequam fuerant quotidie nequiores, ac Nostro compulsi officio ad quod cum diligentia exercendum ex precepto sancte obedientie obligamus, nolentes sicut nec debemus ad tam nephandom et toti Ecclesie et fidei catholice obviancia periculosissime ulterius tolerare;

de multorum virorum religiosorum et seculiarium personarum in utroque iure **F<sup>•</sup> 96 v<sup>•</sup>** super premissis consilio prehabito diligenter, Deum habentes pre oculis, sacrosanctis Evangeliiis Iesu Christi positis coram Nobis, ut de vultu Dei Nostrum prodeat iudicium et rectum appareat coram Deo, oculique vestri<sup>68</sup> videant equitatem, ac die, loco et hora presentibus per nos peremptorie assignatis ad audiendum diffinitivam sententiam, sedentes pro tribunal, Christi nomine invocato, te Na Prous in et cum his scriptis pronunciamus, iudicamus, declararnu<sup>8</sup> esse hereticam et heresiarcham impenitentem, et tua duricia pertinacem, et Ecclesia non habeat quid ulterius faciat de talibus, te tanquam hereticam et heresiarcham impenitentem et obstinatam relinquimus Curie seculari, eandem Curiam

<sup>68</sup> Corr.: Nostri.

rogantes prout suadent canonice sanctiones, ut tibi vitam et membra citra mortis periculum illibata conservet.

(SENTENCES POSTHUMES)

**F° 97 r°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos Fratres Henricus de Chamayo auctoritate officii nostri et vice reverendi in Christo Patris ac domini, domini B. Dei gratia Lodovensis episcopi Nobis in hac parte commissa, et Nos P. Bruni, auctoritate eadem dicti officii Nostri inquisitores predicti, per inquisitionem legitime factam et per eius confessionem invenimus et Nobis constat quod defuncta **Manenta Rosa**, uxor quondam B. Sabaterti de Lodova, que in Muro Carcassone **F° 97 v°** decessit, tam multipliciter et tam graviter in crimen heresis dum viveret deliquit, primo videlicet labendo in ipsum crimen, et post reconciliationem obtentam et heresim abiurata in labem eiusdem criminis dampnabiliter relabendo, culpis veteribus novas superaddere non verendo, nec futurum Dei iudicium metuendo, sed ad ipsam heresim tanquam canis ad vomitum redeundo, per hoc ficte et falso fuisse conversam et impenitentem et de tam enormi crimine manifeste incorrigibilem ostendendo, omni gratia et misericordia se fecerit indignam, licet ante mortem se dixerit penitere, quia unquam<sup>69</sup> relapsum in ipsam heresim aut errores commisit, sicque decesserit impunita de relapsu predicto, mortis tempore preoccupata, prout recitatum est hic intelligibiliter in vulgari, tale crimen et tam nephandum propter sui immanitatem et enormitatem non solum in vivos sed etiam in mortuos per iura debeat vindicari; idcirco Nos prefati inquisitores, haben- **F° 98 r°** tes pro oculis solum Deum, sedentes pro tribunal... equitatem<sup>70</sup>, citatis heredibus et bonorum dicte defunctorum possessoribus ad audiendum Nostram diffinitivam sententiam, hac die, loco et hora eis peremptorie assignatis, de peritorum consilio super hoc habito diligenti, dicimus et per hanc nostram diffinitivam sententiam proferimus et pronunciamus in et cum his scriptis prefatam defunctam fuisse relapsam in heresi abiurata, precipientes eius ossa de loco ubi sint sepulta exhumari, et ignibus concremari, in detestationem criminis tam nephandi, dum tamen possent ab aliis fidelium ossibus àeparari et discerni.

Lata nuit hec sententia anno, indictiane, Pantificatu, die et loco ac presentibus testibus antedictis.

—

**F° 98 v°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos Frater Henricus de Chamay Cardassone, P. Bruni Tholosanus inquisitores heretice pravitatis, et Petrus Donadei, officialis Castrensis, commissarius divine vocis oraculo per reverendum Patrem dominum A. Dei gratia Castrensem episcopum, in hoc negocio deputatus, per confessionem **Guillelme Maza**, uxor Maza quondam de Calvayracho Castrensis diocesis defunctorum dum viveret factam in iudicio confessionem No- **F° 99 r°** bis constat quod predicta defuncta tam graviter... preoccupata<sup>71</sup> penitentiam minime habuerit, idcirco Nos inquisitores et commissarius antedicti, nnnobstante quod dicte persone viventi per sententiam non extiterit declaratum eandem fore immurandam seu in perpetuo carcere intrudendam pro suis culpis et demeritis supradictis, propter bona tamen que habebat ad quorum heredes seu successores ob culpam ipsius admitti non debent, eandem Guillelmam in et cum his scriptis hac die ac loco presentibus, citatis heredibus ad audiendam Nostram sententiam peremptorie assignatis, declaramus si viveret immurandam et

<sup>69</sup> Sic.

<sup>70</sup> Ut supra.

<sup>71</sup> Ut supra.

in carcere perpetuo intrudendam.

**F• 99 v•** In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Quoniam Nos Frater Henridus de Chamayo Carcassone, P. Bruni Tholosanus inquisitores, Bertrandus de Auriacho, Germanus de Alanhano commissarii antedicti per inquisitionem legitimam que facta est et fit generablier contra omnes hereticos, credentes, fautores et defensores eorum invenimus et Nobis constat legitime quod persone infrascripte defuncte olim dum vitam ducerent in humanis multa commiserunt in crimen heresis ac in **F• 100 r•** Deum et sanctam matrem Ecclesiam idemque<sup>72</sup> catholicam, videlicet aliqui eorum simpliciter labendo et alii labendo prius et postmodum sicut canis ad vomitum rediens relabendo, prout in eorum culpia sequentibus plenius hie lectis et recitatis intelligibiliter in vulgari et primo videlicet quod:

**Petrus Abatti presbiter de Carcassone** olim cappellanus conducticius de Sallelis diocesis Carcassone convincitur per sex testes concordes quod fuit in hereticatione defunctorum domine Ermessendis uxoris quondam Iohannis Alamanni domini de Sallelis, et ibi hereticos more hereticali flexis genibus adoravit, et hoc in infirmitate qua ipsa Ermessendis decessit in castro de Sallelis.

Item idem Petrus Abbatis fuit in hereticatione Guillelmi Pabasine de Sallelis, et ibi ut supra hereticos adoravit, et super hoc convincitur scilicet interessentia et adoratione simul per septem testes, et per octavum testem de presentia tantumdem;

Item dictus Petrus Abatti accusatur per **F• 100 v•** unicum testem quod fuit in hereticatione cuiusdam persone de Carcassona et ibi hereticos adoravit.

**Raimundus Magistri de Villamoustante** filius Bartholomei Magistri quondam dicti loci diocesis Carcassone, videt hereticos in domo Senonensi apud Villam Galenum, et comedit cum eis et eos adoravit, et super hoc convincitur per sex testes sufficienter concordes.

Item idem Raimundus Magistri deduxit hereticos et adoravit eos et de hoc convincitur per duos testes.

Item idem Raimundus Magistri fuit in hereticatione uxorius cuiusdam hominis, et ibi prout duo testes deponunt similiiter hereticos adoravit.

Item idem Raimundus fuit in hereticatione cuiusdam de Villamonstensione, et ibi hereticos adoravit (per duos testes).

Item idem Raimundus fuit in hereticatione Castelli Fabri, et ibi here- **F• 101 r•** ticos adoravit. Convintitur per duos testes.

Item idem fuit in hereticatione alterius cuiusdam personae et ibi hereticos adoravit. Convincitur per duos testes.

Et de premissis actibus hereticalibus nunquam invenitur iudicialiter fuisse confessus, ac solutus nec confessus.

**Guillelmus Stephani Magistri de Laurano** diocesis Narbonensis fuit in hereticotiane Guillelmi Palasina de Sallelis, et ibi hereticos more supradicto adoravit. Convincitur super hoc per quatuor testes sufficienter concordantes quod presens fuit, sed tres dumtaxat de adoratione et pressntia deponunt; quartus autem super adaratione non fuit interrogatus.

---

<sup>72</sup> Sic.

**Petrus de Mirapisce** olim castellanus de Srudaspina in podio Cabareti fuit hereticatus in morte volens et petens, ur super hoc convincitur per septem testes concordes quod hoc fuit in infirmitate de qua decessit in illo castro.

**F• 101 v• Theobaldus de Mirapisce**, filius quondam dicti primi de Mirapisce fuit in hereticatione dicti patris sui et ibi flexis genibus hereticos adoravit, et super hoc convincitur per sex testes concordes sufficienter.

**Miracla uxor quondam Petri de Brolio** castellani quondam de Cabareto, fuit in hereticatione dicti mariti sui et absolvit ipsum hereticis, et ipsos hereticos more hereticali ibi flexis genibus adoravit. Convincitur super hoc quod presens fuit per decem testes sufficienter concordes; sed octo dumtaxa de adoratione et presentia deponunt. Septimus et octavus super adoratione non fuerunt interrogati; primus, secundus, tertius, quartus et quintus dumtaxat deponunt de presentia, et quod dictum virum suum hereticis absolvit.

**Comitissa uxor quondam Robertis Senonensis** de Villagalerino diocesis Carcassone fuit in hereticatione magistri Guillelmi de Puissano **F• 102 r•** notarii et hereticos more hereticali flexis genibus adoravit. Convincitur super hoc per sex testes sufficienter concordes.

Item eadem Comitissa fuit in hereticatione Egidii de Bures castellani de Queriotinhos in podio Cabareti et hereticos adoravit. Convincitur per quatuor testes satis concordes.

Item eadem Comitissa fuit in hereticatione Edelmur uxor quondam Egidii de Bures, et hereticos adoravit. Super hoc convincitur per quinque testes sufficienter concordes.

Item eadem Comitissa fuit in hereticatione cuiusdam mulieris uxor cuiusdam hominis et hereticos adoravit. (per tres testes).

Item eadem Comitissa fuit<sup>73</sup> vidit Guillelum Fagesii et socios suos hereticos et comedit cum eis in eadem mensa et de pane ab eis benedicto, et pluries eos in domo viri sui et sua adoravit. Super<sup>74</sup> convincitur per quinque testes sufficienter concordes.

Item eadem Comitissa receptavit dictos **F• 102 v•** hereticos in domo sua (per sex testes).

Item eadem Comitissa vidit hereticos in domo sua et comedit cum eis (per sex testes).

**Blancha uxor quondam Guillelmi Seras de Carcassona** fuit in hereticatione Guillelmi Seras viri sui et hereticos more hereticali flexis genibus adoravit et ipsum maritum suum hereticis absolvit. Convincitur de adoratione et presentia per quinque testes satis concordes et tres dumtaxat deponunt quod dictum virum suum hereticis absolvit.

**Arnaudus Isarni de Carcassona** fuit in hereticatione Castelli Fabri de Carcassona et hereticos more hereticali flexis genibus adoravit. Super hoc convincitur per quatuor testes sufficienter concordes.

Item idem Arnaudus Isarni fuit in hereticatione Guillelmi Matha de Carcassona et adoravit hereticos. Super hoc convin-**F• 103 r•** citur per tres testes concordes.

Item idem Arnaudus Isarni fuit in tractatu de libris Inquisitionis ubi confessiones et depositiones hereticorum et credentium eorumdem in pluribus locis, et h. ibidem adoravit.

<sup>73</sup> Suppr.: fuit.

<sup>74</sup> Adde: hoc.

Convincitur per quatuor testes de tractatu, sed de adoratione per tres dumtaxat.

**Arnaudus Peleti de Carcassona** fuit hereticatus in morte volens et petens in domo sua Carcassone. Super hoc convincitur per quatuor t. concordes quod hoc fuit in illa infirmitate qua decessit.

**Bernarda de la Comba** mater Pontii de la Comba et Raymundi Gonterii **de Insulis** diocesis Carcassone, fuit hereticata in morte in domo Bertrandi del Pieu de Caunis generis sui volens et petens. Et super hoc convincitur per quatuor testes concordes quod hoc in illa infirmitate qua decessit.

**F° 103 v° Bernarda uxor quondam Bernardi del Fieu de Caunis** diocesis Narbonensis fuit in hereticatione Bertrande de la Comba matris sue et hereticos flexis genibus adoravit. Super hoc convincitur per quatuor t. sufficenter concordes quod presens fuit, sed tres dumtaxat de adoratione et presentia deponunt; quartus autem super adoratione non fuit interrogatus.

**Arnaudus Girberti de Miravalle** diocesis Carcassone fuit in hereticatione Raimunde filie sue uxorius quondam magistrum Thorini notarii et h. flexis genibus adoravit. Convincitur super hoc per quinque t. sufficenter.

Item idem Arnaudus fuit in hereticatione Condors uxorius sue et h. adoravit. Convincitur per duos testes.

Item idem Arnaudus fuit he- **F° 104 r°** reticatus in morte in domo sua apud Miravallem volens et petens, et convincitur super hoc per quatuor t. concordes quod hoc fuit in illa infirmitate qua decessit.

**Condors uxor quondam Arnaudi Guiberti de Miravalle** fuit in hereticatione Raimunde filie sue uxorius quondam magistrum Thorini notarii, et h. flexis genibus adoravit. Super hoc convincitur per quinque t. sufficenter concordes.

Item eadem Condors fuit hereticata in morte volens et petens in domo sua et dicti viri sui apud Miravallem, et convincitur super hoc per tres t. concordes quod hoc fuit in illa infirmitate qua decessit.

**Motha de Arsenchis** diocesis Carcassone fuit in hereticatione cuiusdam persone de Arzenchis et hereticos **F° 104 v°** modo hereticali flexis genibus oravit. Super hoc convincitur per duos t. concordes.

Item idem Matha fuit in hereticatione cuiusdam alie persone de Arzenchis et adoravit h. flexis genibus. Super hoc coovincitur per duos t. concordes.

Item idem }Matha fuit in hereticatione Giraudi Arquerii domini de Cutsiacis. Super hoc convincitur per quinque t. satis concordes.

Idcirco, datis per inquisitorem predecessorem Nostrum defensionibus liberis et

heredibus ac propinquis et bonorum possessoribus prefatorum Bernarde uxoris B. del Fieu, Miracle uxoris dicti Petri de Brolio, Arnaudi Isarni, Arnaudi Peliti de Burgo Carcassone, Bernarde de la Comba matris Raimundi Gonterii de Insulis de Ruppefera diocesis Carcassone, **F° 105 r°** Arnaudi Gibert, Condors eius uxoris Miravallis diocesis Carcassone, primo secundo, tertio et quarto desuper habundanti editis solennibus sufficienti termino adinvicem distantibus peremptorie et precise per rectores ecclesiarum locorum predictorum tam in hospiciis eorum quam in ecclesiis diebus dominicis et festivis dum missarum celerabantur solempnia, et clerus et populus conveniebant ad divina citatis, prout per sigilla rectorum ipsorum in ipsis citationibus apparita et per scripta eorum ac instrumenta publica editis huius publicis Nobis constat, ut certis diebus et locis ac horis iam lapsis comparerent coram predecessore Nostro seu eius locumtenente, audituri publicationem eorum que contra dictos defunctos inventa sunt et erant in officio Inquisitionis super crimihe beretice pravitatis probata, necnon dicturi et proposituri quidquid ad excusationem dictorum defunctorum ducerent rationabiliter proponendum et probandum si vellent, et sua crederent interesse, cum intimatione et protestatione **F° 105 v°** quod sive comparerent sive non nichilominus ad publicationem eorumdem inventorum et depositionum testium procederetur prout ius, ratio, salus ac privilegia officii suaderint, eorum absentia nonobstante, prout hec in processibus super hoc habitis et quedam alia plenius appere noscuntur, non comparentibus aliquibus de citatis predictis, nec aliquibus aliis qui eos excusare curarent, publicatis in eorum absentia et contumacia attestationibus testium deponentium contra ipsos defunctos, habitum fuit in processibus huius pro renunciato per eos et concluso; in causis vero **Stephani Nigri de Laurano, Raimundi Magistri de Villamoustensorio, Comitis uxoris Roberti Senonensis Petri de Mirapisce olim castellani de Surdaspina, Theodebaldi eiusdem filii, Petri Abbatи presbiteri de Carcassona, Blanche uxoris Guillelmi Seras, Mote de Arzenchis** defunctorum predictorum, deductis modo premisso processibus et editis et quo a domino comparentes habito<sup>75</sup> demum pro renunciato per ipsos et concluso, comparentibus vero concessis factis et datis depo- **F° 106 r°** sitionibus ipsorum testium deponentium contra eosdem defunctos, prout eorumdem comparentium quemlibet tangebat, tacitis tamen deponentium ipsorum ut est moris nominibus, propositis per ipsos comparentes et defensores vel eorum aliquos textis, defensionibus et articulis testibusque productis, et probationibus inductis, et predecessorum Nostrorum seu eius locumtenentium sub certis protestationibus admissis, tandem, que attestationibus et probationibus publicatis renunciatum et conclusum extitit in omnibus processibus antedictis,

Nos autem, attentis supradictis defensionibus et aliis circa defensiones huius et probationes specialiter attendendis omnibus, que in consilio plurium discretorum et proborum virorum in utroque iure et etiam aliquorum in sacra pagina peritorum tam seculiarum quam etiam religiosorum mature deductis communicatisque omnibus et singulis processibus antedictis secundum iuris formam in talibus consuetam, visoque per Nos manifeste et per dictum consilium Nobis datum clare reperto quod per defensores predictos **F° 106 v°** nichil probatum est super propositis per eosdem contra depositiones ipsorum testium pro iure seu parte officii deponentium, quinimus appareat contra quemlibet ipsorum defunctorum intentionem dicti officii legitime fundatam et suffcienter esse probatam, quodque nonobstantibus articulis et defensionibus per aliquos ipsorum proposibis, esto etiam quod essent probate, licet sint frivoles et inanes et penitus impertinentes, possumus ad diffinitivam sententiam contra ipsos defunctos procedere, de ipsorum consilio peritorum pro hec omnibus in processibus super hoc habitis liquidum est videre,

cum tale crimen et tam nephandum propter sui immanitatem et enormitatem non solum in vivos sed etiam in defunctos secundum iura beat vindicari, babentes pro occulis

<sup>75</sup> Sic.

solum Deum, sedentes pro tribunali, sacrosanctis Evangelii Iesu Christi positis coram Nobis, ut de vultu Dei nostrum prodeat iudicium et occuli nostri videant equitatem, ac die, loco et hora presentibus, dictorum defunctorum omnium liberis, heredibus ac bonorum possessoribus ac propinquis **F° 107 r°** ad audiendum nostram diffinitivam sententiam peremptorie assignatis, Christi nomine invocato, de predictorum consilio dicimus et per banc Nostram sententiam in et cum his presentibus scriptis pronunciamus et declaramus prefatos Petrum Abbatii, Raimundum Magistri, Petrum de Mirapisce, Theobaldum eius filium, Comitissam uxorem Roberti Senonensis, Blancham uxorem Guillelmi Serra, Miraclam uxorem quondam Petri de Brolio, Arnaudum Isarni, Arnaudum Peliti de Carcassona, Bernardam de la Comba matrem Raimundi Gonterii de Insula, Bernardam uxorem quondam Bernardi del Fieu de Caunis, Guillelmum Stepbani Nigri de Laurano, Arnaudum Giberti de Miravalle, et Condors eius uxorem fuisse impenitentes hereticos, et dictum Motam de Arzinchis impenitentem hereticum et in heresim iudicialiter abiurata dampnabiliter decessisse, dampnantes eorum memoriam perpetuo et iudicantes ac decernentes ac etiam per hanc Nostram sententiam precipiendo, mandantes eorum **F° 107 v°** ossa et cadavera de locis sacris et cimiteriis aut locis aliis ubi sepulta fuerint si ab ossibus fidelium dicerni valeant exhumari et 1gnibus concremari in detestationem criminis tam nepbandi.

Lata fuit... et scripsi.

(MONITION)

**F° 108 r°** Quoniam illis qui penitentiam sibi impositam propter crimen heresisagunt, improperia obloquentum vel detrahentium quandoque dant materiam retrahendi a via veritatis et penitentias facere omittendi, potissime quando de crucibus vel de penitentiis aliis sibi impositis derisiones et detractiones eis inferuntur, idcirco Nos archiepiscopus, episcopi, inquisidores et commissarii antedicti, volentes talium obloquentum, detrahentium et deridentium verbositatibus et maliciis obviare, et eos penitentiatos in suo bono proposito confovere, monemus canonice scmel, secundo et tertia ac peremptorie omnes et singulos utriusque sexus cuiuscumque conditionis aut status existent, et nichilominus in virtute sancte obedientie **F° 108 v°** eisdem auctoritate apowtolica inhibemus, ne quis cuiuscumque conditionis aut status existat audeat vel presumat dictis personis penitentiatis vel crucesignatis occasione predicti criminis improperium dicere vel eis derisionem, delusionem facere, vel crimen retrahere vel quomodolibet imputare, intimantes omnibus tenore presentis edicti quod eisdem detractoribus, improoperatoribus, visoribus et obloquitoribus si qui fuerint et de transgressione huius Nostri edicti legitime constiterit, cruces silentii imponemus, et alias procedemus contra eos secundum quod de iure et provincialibus consiliis prelatorum extiterit procedendum.

Monemus insuper dictos crucesignatos et penitentiatos ut dictas cruces sibi impositas humiliter continuo infra domum et extra portent, et sine crucibus infra domum vel extra ullenatus incident, intimantes eisdem quod si eorum aliqui sine dictis crucibus prominentibus et apparentibus infra domum vel extra incedere presumpserint, et in hoc delinquere inventi fuerint, tamquam **F° 109 r°** hereticos et impenitentes reputabimus et eos puniemus animadversione debita, prout in Valentino et Bitterrensis consiliis extitit ordinatum.

Facta fuit hec monitio, anno, inductione, die, loco et pontificatu et presentibus testibus antedictis, et notariis antedictis, et magistro Menneto de Roberticuria notario.

**F• 109 v•** Postque anno Domini millesimo vicesimo octavo predicto, die lune crastina dicti festi sancti Bricii confessoris, prefatus dominus Frater Henricus de Chamayo ordinis Predicatorum inquisitor heretice pravitatis Carcassone ac dominus Germanus de Alanhano archipresbiter Narbonesii rectorque Ecclesie Capitis Stagni inquisitor seu commissarius in Civitate et diocesi Narbonensis per reverendum in Christo Patrem dominum B. Dei gratia archiepiscopum Narbonensem in negatio fidei deputatum, existentes in doma Inquisitionis Carcassone, attendentes ut dixerunt labores et expensas quos et **quas Blasius Boerii sartor Narbonensis F• 110 r•** sustinuit et fecit pra promotione officii Inquisitionis et negotii fidei persequendo et investigando hereticos, credentes, fautores et defensores eorum tam in Cilicia quam Cipra quam Romana, quam in partibus istis citramarinis in quibus profectus est cum litteris et de mandato verumtamen Patris Fratris Ioannis de Prato ordinis Predicatorum predicti sacre theologie doctoris tunc inquisitoris heretice pravitatis Carcassone, qui ipsum Blasium ad predicta specialiter destinavit, necnan et super confessatis per ipsum Blasium in officio Inquisitionis tangentibus factum heresis ac credentiam, fautoriam, associationem et receptionem hereticorum de secta begguinarum ac apostatarum ab ordine Minorum a fide condempnatorum et combustorum in Massilia et in provincia Narbonensi gratiam promisit facere eidem Blasio, et parcere de pena confusibili et de bonis, si in premissis fideliter se haberet, considerantesque litteras diversorum inquisitorum partium illarum transmarina- **F• 110 v•** rum testimoniales quass idem Blasius repartavit, in quibus de diligentia et fidelitate in dicto negacio adhibitis per eundem sibi laudabile testimonium perhibetur, demumque principaliter advertentes eundem Blasium in istis partibus citramarinis quandam apostatam ab ordine et a fide, scilicet demonum invocatorem et immolatorem pessimum hominem et nephandum cum diligentia perquisivisse et tandem inventum cepisse non sine corporis sui magno discrimine et expensis, ac ipsum propriis sumptibus ad Murum Carcassone adduxisse, propterque omnia supradicta se dignum reddidit gratia et favore;

Item modo simili attendentes dominum **Natheum rectorem ecclesie de Bellovidere** diocesis Narbonensis fore confessum se dudum adhunc existentem clericum et iuvenem nondumque ad sacerdotii ordines promotum nonnullos errores audivisse predicari publice per Fratrem Raimundum Ioannis tunc ordinis Minorum, nunc vero apostatam ab ordine, et dudum a fide licet nunc confes- **F• 111 r•** sum et penitentem, necnon et ad partem extra sermonem alios errores contra sacramentum altaris et contra fidem similiter audivisse, tacuisse longo tempore ac celasse, demum tamen gratis et sponte ad confitendum et revelandum predicta venisse, propter quod gratia aliquali se reddidit dignorem,

prefatos Blasium Boerii et Natheum de Bellovidere rectorem coram ipsis dominis inquisitore et commissario divisim unum post alium in iudicio constitutos, abiurata primitus per eosdem Blasium et Natheum omni heresi, credentia, fautoria, receptione, associatione et participatione begguinorum, hereticorum et quorumcumque aliorum cuiuscumque secte dampnate et errorum auditione et celatione et aliis prout in abiurazione solemni plenius expressantur, a sententia excommunicationis quam pro culpis tam per dictum Blasium primo Narbone coram dicto Germano quam Carcassone postmodum coram prefato quondam inquisitore, scilicet Fratre Ioanne de Prato, necnon per dictum Matheum coram **F• 111 v•** bone memorie Fratre Ioanne de Belna tunc inquisitore dudum confessatis incurserent

misericorditer absolverunt, et eis ut premittitur absolutis, de peritorum religiosorum et secularium in utroque iure peritorum consilio prehabito diligenti, pro prima<sup>76</sup> et nomine penitentie super culpis predictis que sequntur peregrinationes et alia iudicialiter iniunxerunt, videlicet :

quod ideo Blasius infra festum Pasche proxime venturum visitet limina ecclese Beate Marie de Valleviridi diocesis Nemausensis,

idem dictus dominus Natheus visitet quando opportunum sibi fuerit limina ecclesiarum beate Marie de Podio et de Valleviridi predicte, necnon et solvere teneatur ac solvat viginti libras Turonnsium parvorum pro construendo unam cappellam in loco de quo et quem dictus dominus Germanus duxerit ordinandum.

Acta fuerunt hec in dicta domo Inquisitionis anno, die predictis, presentibus venerabili et religioso viro Fratre P. **F• 112 r•** Bruni ordinis Predicotorum predicti inquisitore Tholosano heretice pravitatis predicte, venerabili et discreto viro domino Frisco Richomanni legum doctore, religiosis viris Fratribus Guillelmo Ripparie, Petro Sicardi et Guillelmo Clementis ordinis predicti, testibus ad premissa vocatis et rogatis, et magistris Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis, apostolica, et Bernardo Arnaudi Narbone regia auctoritatibus publicis notariis, qui premissis interfuerunt, et de eisdem instrumenta publica receperunt.

Magister vero Mennetus predictus premissa scripsit in nota, vice et de voluntate cuius et mandato domini inquisitoris ego Ioannes de Ongion clericus Trecensis diocesis predicta de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

---

<sup>76</sup> Corr.: penitentia

(BARTHÉLEMY ADALBERT)

In nomine Domini amen. **F• 112 v•** Nos Frater Petrus Bruni ordinis Predicotorum, inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus, communiter residens in Tholosa notum facimus universis presentibus et futuris Nos sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, die quarta mensis martii litteras patentes reverendi in Christo Patris domini P. Dei gratia Carcassone episcopi et venerabilis Patris Fratris Ioannis àe Prato ordinis nostri sacre theologie doctoris inquisitoris heretice pravitatis in dicto regno Francie eadem auctoritate apostolica deputati Carcassone communiter residentis, eorumque sigillis pendentibus sigillatas recepisse, et adhuc penes nos habere formam que sequitur continentes :

Nos Petrus, miseratione divina Carcassone episcopus et Frater Ioannis de Prato ordinis Predicotorum inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica d~putatus residens Carcassone, venerabili et discreto viro Fratri Petro Bruni ordinis Predicotorum inquisitori beretice pravitatis **F• 113 r•** in regno Francie auctoritate apostolica deputato Tholose communiter residenti salutem in Domino sempiternam.

Cum dudum **Bartholomeus Adalberti notarius Inquisitionis** heretice pravitatis pro quibusdam defectibus et delictis in officium suum uter aliquorum delatio asserebat comissarius<sup>77</sup> captus fuerit, et in Muri carcere positus et d~tentus, Nobis epsicopo ex una parte asserentibus eundem Bartholomeum de mandato Nostro et ad requisitionem Nostram fuisse per dictum inquisitorem positum in arresto, cognitionemque et punitionem dicti Bartholomei ad Nostrum ius ordinarium pertinere, Nosque cum eodem inquisitore in cognitione habemus, et punitione concurrere et coniudicare debere; Nobis vero inquisitore ex parte altera contrario asserenteibus eundem Bartholomeum de speciali mandato Nostro specialiter esse captum, et eius correptionem ac punitionem babemus delicti, si quid per eum notarium circa Nostrum Inquisitionis officium **F• 113 v•** fuerit perpetratum de iure et stilo, cursu, usu et privilegiis Nostro officio et Nobis apostolica auctoritate concessis, ad Nos dumtaxat et in solidum pertinere, et ob banc discordiam seu controversiam dictus Bartholomeus per duos annos continuos et amplius fuetit in eodem Muro detenus, multa occasione debemus gravamina sui corporis et alia supportando, propter quod sibi compatimur, et quantum salus iure cuiuslibet Nostrum facere poterimus de remedio sibi providere volumus opportuno, potissime quia Nos inquisitor prefatus de presenti habemus ad Romanam Curiam et in Franciam dante Domino necessario proficisci, ne discordia seu controversia et Nostri inquisitionis absentia eidem Bartholomeo et longius inferat nocumentum, protestate primus per No ambos episcopum et inquisitorem simul et equaliter de iure Nostro quod propter infrascripta que vobis committimus in aliquo non sit lesum, nec. uni nostrum, nec alteri valeat derogare **F• 114 r•** aut etiam preiudicare prerogativam vel possessionem inducere nec iura uni plusquam alteri in negocio infrascripto inferre, ad salvum remaneat utrique et illesum illi Nostrum dumtaxat et in solidum vel ambobus coniunctim et pro indiviso si competit vel competere debeat de iure, aut alias legitimo titulo sive iusto, sub premissis protestationibus antedictis et aliis oportunis discretioni Vestre et legalitati, de qua ambo insimul et quilibet in solidum plenam in Domino fiduciam obtinemus, communi concordia et assensu equaliter simul et semel tenore presentium committimus ut pro illo<sup>78</sup> nostrum dumtaxat vel ambobus insimul cui vel quibus cognitio et punitio huius pertinere poterat et debebat eundem Bartholomeum de dicto carcere, si Vobis visum fuerit relaxare, sibique pro arresto et carcere prestito prius dando iuri et

<sup>77</sup> Sic.

<sup>78</sup> Corr.: uno.

mandatis Vestris cautione ydonea locum alium vel certum terminum infra certos limites assignatos, sibique post- **F° 114 v°** modum de peritorum consilio absolutionis beneficium a sententia excommunicationis sit pro predictis delictis que per ipsum commissaria fuisse dicuntur incurrit<sup>79</sup> impendere, penitentiam quoque salutarem imponere, et alias ad decisionem, declarationem et finalem determinationem dicti negotii sententialiter procedere valeatis, prout Vobis de ipsorum consilio peritorum visum fuerit faciendum in premissis enim et ea tangentibus premissis, et salvis predictis protestionibus ambo simul Vobis equaliter committimus tenore presentium totaliter vices Nostras, in quorum omnium premissorum testimonium sigilla Nostra duximus presentibus apponenda.

Datum in Civitate Carcassone die quarta mensis martii, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Quarum auctoritate et vigore Nos de peritorum consilio super hoc habito, eundem magistrum Bartholomeum per duos annos et amplius occsione dissensionibus predictis **F° 115 r°** In dicto Muro iam detentum graviter infirmitate et diurna maceratum in ipso Muro, recepta super hoc ydonea cautione per ipsum Nobis data de tenendo et servando arrestum Nostrum misericorditer duximus relaxandum, assignatis sibi sub certa pena certis terminis pro carcere et arresto.

Demum vero eodem domino Fratre Ioanne de Prato inquisitore in episcopum Ebroensem promoto ad decisionem totalem predicti negotii procedere noluimus, donec de successore ydoneo, videlicet venerabili et religioso viro Fratre Henrico de Chamayo eiusdem ordinis Inquisitionis officio provisum fuisse cognovimus, de cuius conscientia et consensu in facto hactenus procedere voluimus, iustitia mediante.

Petita igitur per nos et habita ab Inquisitionis officio Carcassone confessione seu culpa eiusdem magistri Bartholomei, tam per delationem et positiones eorum qui ipsum detulerant et contra ipsum tulerant testimonium quam per eius confessionem in iudicio postmodum factam coram Fratre **F° 115 v°** Ioanne de Prato tunc temporis inquisitore Carcassone, et etiam coram Nobis demum approbata et deliberatione matura super eadem habita cum venerabilibus et religiosis viris infrascriptis, eidem negotio finem debitum imposuimus in hunc modum :

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Attentes igitur prefatum magistrum Bartholomeum iuxta delicta et testes confessata per ipsum contra sui officii debitum graviter deliquisse, videlicet a Michaeli Maurini de Rovenacho diocesis Electensis contra quem habebat informationem facere sub certis fautorie verbis contra eundem delatis, maius quam deberet et solitum fuerit salarium recipiendo, eidemque Michaeli se favorablem plusquam decuerit exhibendo et contra testes eundem Michaeli differentes ultrius debito se habendo, prout in processu super hoc habito et eiusdem magistri Bartholomei sequata confessione vidimus plenius contineri, eundem magistrum Bartholameum **F° 116 r°** ad Nostri presentiam evocatum et coram Nobis in iudicio constitutum, presente prefato Fratre Henrico inquisitore Carcassone consentiente et dictam commissionem quantum ad ipsum pertinet renovente, abiurata per eundem Bartholomeum receptione huius pecunie indebita et tali favore quibusvis personis in posterum exhibenda, a sententia excommunicationis quam et si qua premissorum occasione incurrerit de predictorum cansilio, auctoritate apostolica Nobis in hac parte commissa; salvis et reservatis conditionibus omnibus et singulis in dicta commissione Nobis facta plenius expressatis, misericorditer duximus ansolvendum et absolviimus in his scriptis.

Et licet secundum culpam suam predictam deberemus sibi imposuisse sententiam graviorem, si rigorem iustitie totaliter servare vellemus, nisi intervenisset quod penam ipsam potuit et debuit mitigare, considerantes labores non modicos et servicia grata quos et que idem

<sup>79</sup> Sic.

magister **F° 116 v°** Bartholomeus per vigintm duos annos et amplius in et pro Inquisitionis officio Carcassone sustinuit et impendit fideliter se habendo usque ad tempus quo diabolus et avaritia ut premittitur ultimo deceperunt eundem; attendentesque penitentiam et penam quas in Muro Carcassone captus per duos annos et amplius sustinuit gravi ut est dictum, infirmitate detenus, et ob hoc non modicum apud clerum et populum multipliciter infamatus, licet iam confessus esset, et gratia per ipsum Pratrem Ioannem de Prato a pena confusibili sibi promissa fuisse dignum, duximus ut in penitentia finali Nos cum ipso gratiosius gerere habeamus, et idcirco pro penitentia et nomine penitentie pro premissis culpis, tam illis super quibus delatus est quam super confessatis per eum, sibi sententialiter imponimus peregrinationes et penitentias que sequuntur:

quod solvat quinquaginta libras in pios usus piis locis et ecclesiis et alias erogandas et distribuen- **F° 117 r°** das iuxta arbitrium et ordinationem Fratris Dominici de Monte Totino prioris Pratrum nostrorum Carcassone, magistrorum Arnaudi Assalliti procuratoris incursum domini Regis et Menneti de Roberticuria notarii Inquisitionis.

Item quod ieunet perpetuo sextis feriis nisi infirmus fuerit tali infirmitate per quam valeat excusari, exceptis illis feriis sextis in quibus festivitates Omnium Sanctorum, Natalis Domini et quatuor beate Marie Virginis solemnitates contingit celebrari.

Item quod etiam ieunet vigiliis ipsarum quatuor beate Marie festivitatum in pane et aqua, dumtaxat absque cibo aliquo atque vino, volumus tamen et dispensatione gratiosa sibi concedimus quod quando erit in itinerando dietis continua quod non teneatur ieunare ipsis sextis feriis: hec etiam quotiens dictum ieunium redimere voluerit pro summa sex denariorum pauperibus erogando.

Item visitet semel limina ecclesie beate Marie **F° 117 v°** de Podio. de Valleviridi. de Tabulis in Montepessulano. de Ruppe Amatoris. de Solacho. Santi Leonardi Lemovicensis diocesis et Sancti Martialis Lemovicensis et Sancti Egidii in Provincia et Sancti Vincentii de Castris.

Hec autem sibi iniungimus auctoritate predicta salvis protestatinnibus in predicta commissione expressis, de consilio. et assensu verumtamen Patris Fratris Henricus<sup>80</sup> de Chamayo inquisitoris Carcassone presentis, retenta nobis potestate addedit minuendit vel mitigandi in predicta penitentia quandcumque Nobis de bonorum consilio visum fuit expedire, volentes predictam sententiam per Nos latam redigi in formam publicam per notarium infrascriptum et Nostri sigilli appositione muniri.

Actum fuit hoc in monasterio Pruliani anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo in crastino festi beati Clementis intitulata octavo kalendas decembris<sup>81</sup>, sub inductione **F° 118 r°** undecima, pontificatus sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia Pape vigesimi secundi anno decimo tertio, presentibus verumtamen<sup>82</sup> et religiosis viris Fratribus Raimundo Maurelli priore monasterii Pruliani, Bernardo Sabaterii priore Tholosano, Dominico de Nonte Totino priore Carcassone, Petro Assaliti priore Limosi predictis, et Guillelmo Clementis eiusdem ordinis testibus ad premissa.

---

<sup>80</sup> Sic.

<sup>81</sup> 24 novembre 1328.

<sup>82</sup> Corr.: venerabilibus.

(CONSULTATION DE NARBONNE)

9 DECEMBRE 1328

**F° 119 r°** Anno Domino millesimo **F° 119 v°** trecentesimo vicesimo octavo indictione undecima, die veneris in festo sancte Leocadie virginis intitulato quinto idus decembris, pontificatus sanctissimi Patris et domini nostri domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno decimo tertio, venerabiles religiosi et discreti viri Frater Henricus de Chamayo ordinis Predicatorum in regno Francie auctoritate regia et Germani de Alanhano archipresbiter Narbonesii rector ecclesie Capitestagni in Civitate et diocesi Narbonensi auctoritate ordinaria inquisitores auctoritate apostolica deputati, volentes in negotio fidei de consilio discretorum et peritorum procedere, convocaverunt in aula seu palatio maiori archiepiscopali Narbone dominos canonicos, iurisconsultos, peritos seculares et religiosos infrascriptos, videlicet venerabiles et discretos viros dominos :

Guillelmum Bernardi, sacre theologie doctorem, Berengarium de Olargiis, thesaurarium Bitterris, Bernardum de **F° 120 r°** Villari archidiaconum Agathens., B. Tardivi decanum Sancti Pauli, Berengarium Maynardi, P. de Sauro, Ioannem de Lautrico canonicos Narbone, Guillelmum de Duroforti rectorem ecclesie de Redorta, Hugonem Augerii officialem Narboneneem, Odinum de Valentia legum professorem, Guillelmum de Valentia officialem Redesii, Frischum Richomanni legum professorem, religiosos viros Fratres P. Berengerii priorem, Fabianum lectorem, Bernardum Guiraudi, Ioannem Peregrini, Guillelmum Clementis de Autissiodoro, Paulum de Alanhano Limosi lectorem, Arnaudum Peratoris conventus predicatorum Narbonensis, B. Souquerii priorem, Franciscum Poma lectorem Augustinorum de Narbona, Guillelmum Bernardum de Quilhano Sancti Pauli Narbone canonicos, magistros G. Cathalani, Ioannem Amelii, Berengarium Lucianum, P. Mathei, B. Pyssoti, B. Foysotti, **F° 120 v°** P. Martini, P. Boerii, Berengarium Portalis, P. Mercerii, P. Christiani, B. Martini, P. Boquerii, G. de Sanctis, Isarnum de Montcotino, religiosos viros Fratres P. Fornerii gardianum, Michaelem Raceri lectorem, Ioannem Vincentii, Raimundum Ripparie ordinis Minorum Narbone, P. Natalis priorem, Iacobum de Brassia baccalarios, Arnaudum Ponerol, B. Raymundi ordinis Carmelitarum Narbone,

qui omnes superius nominati iuraverunt ad sancta Dei Evangelia dare bonum et consilium in agendis unusquisque secundum Deum et conscientiam suam prout ipsis a Domino fuerit ministratum, et tenere omnia sub secreto donec fuerint publicata, et ibidem prestito iuramento, lectis et recitatis culpis personarum infrascriptarum, petierunt prefati domini inquisitores consilium ab eisdem consiliariis quid agendum de personis predictis et divisim et **F° 121 r°** singulariter de qualibet ut sequitur :

Super culpa Fratris **P. de Arris ordinis Cartusiensis**, monasterio de Lupateria diocesis Carcassone, omnes et singuli consiliarii supradici, tam seculares quam religiosi consilium dando concorditer dixerunt contemplatione dicti ordinis sui, quod assignetur sibi pro carcere perpetuo claustrum et ecclesia monasterii supradicti et etiam camera una, necnon et iniungantur sibi certe penitentie sicut peregrinationes et ieiunia et alia que non repugnant observantie sui ordinis et regule supradicte, et quod non puniatur in sermone publico, sed in secreto presentibus paucis personis.

Item de personis infra proximo nominatis, auditis earum culpis, dixerunt eas iudicandas fore ut sequitur :

**Richardum de Narbona** nulla puniendum.

**Guillelmum Marie de Honosio** arbitrarie puniendum, cruces simplices et peregrinationes minores.

**Fauressam F° 121 v°** matrem predicti Guillelmi arbitrarie puniendam sine crucibus, penitentias minores.

**Guillèlmum Cathalani** seniorem.

**Guillelmum** eius filium,

**Raimundum Vesiani,**

**Bernardum Baronis,**

**P. Lunatii,**

tanquam impedientes Officium pena arbitraria puniendos. Cruces et peregrinationes minores.

**Guillelmum Espulgue** de Capitestagno immurandum.

**Perretam de Flassacho** valdensi<sup>83</sup> impenitentem fore exhu..

**P. Guillelmi Canorgue de Capitestagno** immurandum,

**Vincentium Rayses de Cubesia** mortuum si viveret immurandum,

**Gregorium Bellonis apostamat monachum** mortuum impenitentem exhu..

**Guillelmum Bocardi** bourserium<sup>84</sup> de Agennio habitatorem Narbone mortuum, si viveret immurandum.

**F° 122 r° Arnaudam uxorem Pontii de Bitterris ...**<sup>85</sup> de Capitestagno immurandum.

**Amicam uxorem P. Gayrona,** ad Murum.

Heretica<sup>86</sup> fuit hoc concilium anno, inductione, die loco et pontificatu predictis, presentibus magistro Arnaldo Assaliti procuratore incursuum heresis domini Regis, Aymerico Celhani, Ioanne de Herollis, P. Guiraudi clericis Narbonensibus testibus ad premissis<sup>87</sup> vocatis et magistris Bernardo Arnaldi Narbone et Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis publicis et Inquisitionis notariis qui predictum consilium scripserunt. Magister vero Menilletus predictus hec de mandato domini inquisitoris Carccassone manu propria scripsit in nota, vice et de voluntate cuius et de mandato domini inquisitoris predicti, ego Ioannes de Ongione clericus Trecensis diocesis predictum consilium de nota predicta extraxi et hic fideliter **F° 122 v°** illud scripsi.

---

<sup>83</sup> Corr.: valdensem.

<sup>84</sup> Sic.

<sup>85</sup> Lacune du copiste.

<sup>86</sup> Sic.

<sup>87</sup> Sic.

(CONSULTATION DE NARBONNE)

10 DÉCEMBRE 1328

Postquam<sup>88</sup> anno, indictione, loco et pontificatu predictis, die crastina, scilicet sabbato in festo sancte Eulalie, omnes et singuli consiliarii superius nominati exceptis dominis B. de Villari, Berengario de Olargiis, B. Foysseti, B. Portalis, in pressntia dictorum dominorum inquisitorum redierunt, in dicta aula seu palatio super hoc congregati fuerunt et etiam ultra eos domini infrascripti videlicet :

venerabilis pater dominus Bartholomeus Dei gratia episcopus Electensis, Arnaudus Garcerio, Iacobus Banas, qui omnes tam qui hesterna die fuerant presentes et hodie sicut superius nominati et etiam dicti tres modo supra proximo nominati qui advenerunt, concorditer iudicaverunt super personis infrascriptis et eorum culpis ut sequitur :

**Guillelmam filiam B. Rogerii textoris de Narbona F° 123 r°** concorditer immurandam,

**Alaracim Prageriam habitatricem Narbone** de dona collecta<sup>89</sup> ad Murum strictum,  
**Tholosanam de Tholosa** tanquam credentem ad Murum,

De similibus idem dixerunt ad Murum strictum vel largum secundum gravitatem vel levitatem culparum,

**Ioannem Cappelli curaterium de Casoribus habitatorem Narbone** tanquam blasmarem arbitrarii<sup>90</sup> puniendum,

**Raimundum Marie de Honosio** per maiorem partem consilii ad arbitrariam et per aliam ad murum tanquam credentem,

**Guillelmum Amelii de Constantiano** ad Murum tanquam credentem hereticorum manicheorum,

**Richardam uxorem Raymundi Villepicte de Capitestagno** ad Murum,

**Ayglinam uxorem Guillelmi Novelli** quondam de Capite ad Kurum strictissimum,

**Ermessendim** eius ancillam filiam Raymundi Monerii de Cessenone, Murum largum et scalam et linguas et in **F° 123 v°** locis Narbone et Capitestagni,

**Germanum de Sancta Colomba de Alberiis** ad Murum si viveret

**Arnaldum Salvatoris**,

**Raimundum Gauberti de Capitestagno**, falsos testes, ad Murum strictissimum et linguas et scalas in locis diversis,

**Himbertum Rubei de Narbona** ad Murum si viveret,

**Petrum Velleronii** ortholanum Narbone immurandum,

<sup>88</sup> Corr.: Postque.

<sup>89</sup> Sic.

<sup>90</sup> Sic.

**Olivam uxorem Guillelmi Confolentis quondam** per maiorem partem consilii proter infirmitatem debuit adhuc teneri et non modo condempnari, licet posset de iure sicut aliqui dixerunt,

**Antonium Castillonis fusterium Narbone** fugitivum tertio citatum et expectatum per annum et ultra iudicaverunt sicut hereticum condempnandum licet absentem.

**P. Costantini de Honosio** immurandum.

Habitum fuit hoc consilium presentibus testibus antedictis, in consilio heri habito, nominatis in fine duobus notariis antedictis qui hoc scripserunt in no- **F° 124 r°** ta, vice quorum de mandato domini inquisitoris Carcassone predicti ego Ioannes de Ongione predictus hoc de nota extraxi et hic fideliter et veraciter illud scripsi.

~

---

(SERMON DE NARBONNE)

11 DECEMBRE 1328

**F° 124 r°** In nomine Domini amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo octavo indictione undecima, die dominica tertia Adventus Domini intitulata tertio idus decembris, pontificatus sanctissimi Patris et domini nostri Ioannis divina providentia Pape vicesimi secundi, anno decimo tertio, factus fuit Sermo generalis in cimiterio Sancti Felicis extra muros Civitatis Narbonensis.

In quo quidam loco post sermonem et predicationem verbi Domini ibi factum, facte fuerunt **F° 124 v°** gratie et sententie late ac penitentie iniuncte per reverendos in Christo Patrem dominum B. Dei gratia sancte Narbonensis Ecclesie archiepiscopum, ac venerabilem et religiosum virum Fratrem Henricum de Chamayo ordinis Predicorum in regno Rrancie auctoritate apostolica, ac prudentem et discretum virum dominum Germanum de Alanhano archipresbiterum Narbonesii rectoremque Ecclesie Capitestagni in Civitate et diocesi Narbone per predictum dominum archiepiscopum auctoritate ordinaria inquisidores heretice pravitatis specialiter deputatos, personis infrascriptis,

et prestitum fuit iuramentum quod sequitur infra proximo plenius expressatum :

IURAMENTUM NOBILIUM ET CURIALIUM AC OFFICIALIUM  
REGIORUM ET ALIORUM TEMPORALIUM DOMINORUM

Anno, indictione, die, pontificatu **F° 125 r°** et loco predictis. Nobiles barones terrarii, castellani, curiales et officiales infra proximo nominati, coram prefatis dominis archiepiscopo et inquisitoribus personaliter constituti, manibus elevatis ad Librum Evangeliorum ibidem apertum coram eis, iuraverunt in hunc modum :

Nos **Aymericus de Narbona** dominus de Perinhano miles,  
**B. de Quilhano** miles,  
**Vitalis de Prisio baiulus** regius Narbone,  
**Vicarius archiepiscopal**is **Narbone**,  
**Vicarius Capitestagni**,  
**Subvicarius archiepiscopal**is **Narbonensis**,

iuramus ad sancta Dei Evangelia quod de omnibus castris, villis, terris et iurisdictionibus nostris dominio et iurisdictioni subditis et quamdiu erimus in dominiis seu officiis supradictis iuxta posse et officium nostrum pro defensione sancte Romane Ecclesie stabimus et prosequemur hereticos, credentes, fautores, defensores, receptatores ac nuntios eorum et fugitivos pro heresi, et capiemus eos si infra limites iurisdictionis nostre **F° 125 v°** vel alibi ubi sciverimus eos esse, et quod nec hereticis nec eorum creditibus seu fautoribus,

defensoribus, receptatoribus seu occultatoribus eorumdem nec suspectis seu diffamatis seu coniunctis de heresi seu illis qui pro heresi penitentiam habuerunt nec illis quibus est prohibitum ab homine vel a iure ne publicis utentur officiis, iudicatura, administrationes seu alia publica officia comitemus ne eis uti seu tenere publica officia permittemus nec huiusmodi homines in nostra familia seu nostro officio vel consilio habebimus; et si forsitan contrarium factum fuerit ignoranter illos protinus postquam ad suam notitiam per inquisidores heretice pravitatis seu per alios pervenerit expellemus, et vobis domino B. Dei gratia archiepiscopo, et vobis venerabili et religioso viro Fratri Henrico de Olamayo ordinis Predicorum in regno Francie auctoritate apostolica ac. venerabili et discreto **F° 126 r°** viro domino Germano de Alanano archipresbitero Narbonensis in Civitate et diocesi Narbone auctoritate ordinaria inquisitoribus pravitatis heretice deputatis, et successoribus vestris erimus obedientes in his que ad Inquisitionis officium pertinen, tsic nos Deus adiuvet, et hec Evangelia Dei sancta..

Prestitum fuit hoc iuramentum anno, die, indictione, pontificatu et loco predictis, presentibus verumtamen<sup>91</sup> et discretis viris dominis B. Tardivi, Berengarii de Olargiis, Ioanne de Lautrico, P. de Sauro, Berengarium Maynardi, P. de Villaris, B. Bernardi canonicos Narbonenses, G. de Duroforti legis doctorem<sup>92</sup>, B. Piguardi archipresbitero Corbariensis, Hugone Augerii officiali Narbone, Raimundo Bergnelli legum doctore, Ioanne Rodigon presbiteris, Isarno de Monteolivo, G. Cathalani, G. de Sancti, Ioanne Amelii, B. Pulhe, Iacobo Fusterii, P. Boqueri iurisperitis, G. Pobolh medico Bitterris, Ioanne **F° 126 v°** Lombardi medico Narbone, Arnaldo Servinerii eleemosinario, G. Comitis, B. de Solerio.

(Défenses)

In nomine Domini amen. Cum negotium fidei ortodoxe in qua fundamentum Ecclesie sacrosancte a domino Iesu Christo firmiter et solide fundata nullus christianus debeat impedire sed potius totis viribus promovere, idcirco B. Dei gratia sancte Narbone Ecclesie archiepiscopus et Frater Henricus **F° 127 r°** de Chamayo ordinis Predicorum in regno Francie auctoritate apostolica et Germanus de Alanano archipresbiter Narbonensis in Civitate et diocesi Narbonensi auctoritate ordinaria inquisidores deputati, monemus canonice semel, secundo, et tertio, et peremptorie, ne quis cuiuscumque potestatis, ordinis aut status existat Inquisitionis officium ...<sup>93</sup> qua fungimur in his scriptis excommunicamus et excommunicatos a canone et a penas latas a canone ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc incidisse publice nuntiamus declaramusque;

Lata fuit hec sententia anno, indictione, die, pontificatu et loco predictis, presentibus personis antescrictis in fine iuramenti curialium antescricti, et notariis suprascriptis, **F° 128 r°** vice quorum et de mandato inquisitoris predicti ego Ioannes de Ongerii predictus hic predictam sententiam fideliter scripsi..

---

<sup>91</sup> Corr.: venerabilibus.

<sup>92</sup> Berengarium, etc... sic.

<sup>93</sup> Ut supra.

(SENTENTIA IMMURATORUM)

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Quoniam Nos inquisitores prefati per inquisitionem legitimam et confessiones per vos factam in iudicio legitime Nobis constat quod

**Guillelmus Espulgue de Capitestagno,**  
**P. Guillelmi Canorgue,**  
**Arnauda uxor Pontii de Bitterris alias Ebrardi,**  
**Richardis uxor Guillelmi Villepicte,**  
**Guillelma filia B. Rogerii textoris de Narbona,**  
**Alayraxis Petri Traginerii de Dona<sup>94</sup> collecta habitatrix Narbone,**  
**Tholosana de Tholosa,**  
**Raimunda Marie de Honosio,**  
**Guillelmus Amelii de Constantiano,**  
**Ricardis F° 126 v° uxor Raimundi Villepicte de Capitestagno,**  
**P. Velleroni ortolanus Narbone,**  
**P. Cortantini de Honosio,**

tam graviter et tam multipliciter in crimine dampnate heresis deliquistis sicut lectum et recitatum est vobis et vestrum cuilibet intelligibiliter et in vulgari,

idcirco Nos prefati inquisitores vos omnes et singulos saniori utentes consilio redire volentes prout asseritis ad Ecclesie veritatem<sup>95</sup>, abiurata primitus per vos coram Nobis in iudicio omni heresi et credentia et favore, receptione ac defensione hereticorum cuiuscumque secte dampnate et specialiter begguinorum, manichearum et Fratrum Minorum qui se Spirituales nuncupabant, promittentes insuper et iurantes ad sancta Dei quatuor Evangelia vos fidem sancte Romane Ecclesie Domini Iesu Christi tenere, defendere et servare, necnon persecuti hereticos, credentes, fautores ac defensores eorum ac etiam pro heresi fugitivos, et detegere **F° 129 r°** ac revelare eosdem ubicumque sciveritis ipsos esse, iurantes insuper super premissis omnibus et singulis mandatis Ecclesie et Nostris simpliciter et fideliter obedire,

absolvimus secundum formam Ecclesie ab excommunicationis vinculis quibus pro culpis vestris tenebamini asticti, si tamen de corde bono et fide non facta ad Ecclesie redieritis unitatem, et iniunctam vobis penitentiam feceritis, servaveritis et mandata.

Et quia in Deum et contra fidem catholicam et sanctam matrem Ecclesiam predictis modis temere deliquistis, Nos prefati inquisitores, sedentes pro tribunali, sacrosanctis... consilio<sup>96</sup>, vos omnes et singulos superius nominatos in hac die et loco vobis ad recipiendum penitentiam et audiendum diffinitivam sententiam peremptorie assignatis, ad perpetuum Muri carcerem **F° 129 v°** ad agendum ibidem pro premissis commissis penitentiam salutarem in his scriptis sententialiter condempnamus.

Et quia tu **Alayraxis Trageneria** de Dana<sup>97</sup> collecta habitatrix Narbone gravius et

<sup>94</sup> Corr.: Derna

<sup>95</sup> Corr.: unitatem.

<sup>96</sup> Ut supra.

<sup>97</sup> Corr.: Derna.

enormiter delinquisti et ideo existis gravius punienda, te in Muro stricto et in loco arctiori in vinculis seu compedibus ferreis per hanc nostram sententiam decernimus perpetuo includendam.

Monemus vos omnes... ad Murum seu Muri carcerem de Montiliis vos personaliter includatis. Quod si monitionem nostram aut mandatum nostrum aut sententiam contempseritis seu distuleritis adimplere, dicti Muri carcerem non intrando aut temerarie post ingressum absque nostra seu nostrorum in hoc Inquisitionis officio successorum licentia exeundo aut **F° 130 r°** alias contra confessata seu iurata vel abiurata in iudicio per vos quoque tempore veniendo,... memorato.

Lata fuit hec sententia...<sup>98</sup>

(SENTENTIA IMMURATORUM SI VIVERENT)

**F° 131 r°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos inquisitores prefati per inquisitionem legitime factam et per acta publica Inquisitionis eiusdem necnon per confessiones proprias factas in iudicio et receptas invenimus et in iudicio Nobis constat quod

**Vincentius Royere de Cuberia,**  
**Guillelmus Bocardi,**  
**Boysserius de Agenno F° 131 r° habitator de Narbona,**  
**Guianus de Sancta Colombia de Alberiis,**  
**Imbertus Rubei de Narbona,**

tam graviter et tam multipliciter... si viverent immurandas et consequenter bona ipsarum dicimus confiscanda .

Lata fuit hec sententia anno, indictione, die, pontificatu et presentibus personis que in prescripto iuramento contentis, ac etiam notariis infrascriptis.

(OSSA COMBUSTA)

In nomine Domini amen. Quoniam Nos inquisitores prefati per confessiones suas in iudicio factas legitime invenimus et Nobis constat quod

**Peyrota de Flassacho prope Cursuum diocesis Bisintrine<sup>99</sup>,**  
**Gregorius Bellonis quondam monachus et apostata,**  
**Guillelma filia Guillelmi Pellicerii de Canoys Elnensis diocesis**

defuncti dum viverent multa enormia... **F° 133 r°-v°** et ignibus concremari in detestationem criminis tam nephandi.

Lata... infrascriptis.

<sup>98</sup> Ut supra.

<sup>99</sup> Corr.: Bisantine.

(FALSI TESTES)

**F° 134 r°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos inquisitores prefati per inquisitionem rite factam et per confessiones vestras in iudicio receptas invenimus et Nobis constat quod tu

**Ayglina uxor Guillelmi Novelli quondam de Capitestagno,**

**Ermessendis filia Raimundi Monerii de Cessenone,**

**Arnaudus Salvatoris et F° 134 v°**

**Raimundus Gauberti de Capitestagno,**

diabolo<sup>100</sup> instinctu seducti et per quandam personam maliciose et odio seducti et instructi futurum Dei iudicium non verentes nec illius qui veritatem diligere precipit vestigiis inhabentes<sup>101</sup>, falsum et nequam testimonium ~in iudicio tulistis et personas aliquas de crimine heresis licet innocentes mendaciter involvere et deferre curastis, et totis viribus sategistis et alias multipliciter deliquistis, sicut vobis lectum est hic intelligibiliter in vulgari,

idcirco Nos inquisitores prefati, attendentes recte intentionis oculo crimen huiusmodi detestabile secundum iura non debere sub conniventia pertransire absque punitione debita et condigna, Deum habentes pro oculis et orthodoxe fidei puritatem, sedentes... **F° 135 r°** prebabito diligenti, hac die et loco et bora, presentibus vobis peremptorie ad audiendum Nostram diffinitivam sententiam assignatis, vos tanquam falsos testes et nequissimos in facto heresis delatores, in et cum his presentibus scriptis ad portandum linguas de panno rubeo in vestibus vestris consuetas ante et retro, nec non ad standum in scala cum dictis linguis una die dominica vel festiva colenda ante ecclesiam sanctorum Iusti et Pastoris Narbone, et altera die ante ecclesiam Sancti Stephani de Capite, dum et quamdui missarum celerabuntur solemnia in eisdem. Item in et cum his scriptis per banc Nostram diffinitivam sententiam vos et vestrum quemlibet ad perpetuum Muri carcerem strictum vobis deputatum ex nunc sententialiter condempnamus, et etiam iudicamus, ubi panis doloris in cibum et aqua tribulationis in potum vobis in vinculis et compedibus ferreis existentibus solum modo ministrentur.

(DÉFENSES)

**F° 135 v°** In nomine Domini amen. Cum secundum vocem dominicam et exemplum Domini nostri Iesu Christi peccatores fuit ad penitentiam mutandi gaudere oporteat<sup>102</sup>, si penitentiam sibi impositam patientur sustineant et supportent, quocirca Nos inquisitores prefati monemus semel, secundo, tertio et peremptorie ac precise et districtius inhibemus, ne quis cuiuscumque conditionis aut status existat irrationem aliquam aut molestiam presumat inferre penitentibus quibus cruces pro crimine heresis sunt imposite et iniuncte seu penitentie, disciplina seu quecumque **F° 136 r°** alia pro dicto crimine nomine penitentie sunt iniuncta, nec a locis propriis nec a communibus commerciis excludantur, ne per hec aut his similia retardetur conversio peccatorum et ne conversi a prima resipiscant seu ex his vel aliis prebeatur eis occasio relabendi; quod si secus a quocumque fuerit attemptatum contra temerarios presumptores tanquam contra impedidores seu retardatores negotii fidei et Inquisitionis secundum usum et cursum ac stilum et privilegia Inquisitionis per censuram ecclesiasticam procedemus. Ipsi quoque temerarii contemptores cruces et alias penitentias penitentibus impositas sibi per Nos imponendos merito poterunt formidare.

Facta fuit hec monitio anno, , ... notaris antedictis.

<sup>100</sup> Corr.: diabolico.

<sup>101</sup> Sic.

<sup>102</sup> Sic.

(SENTENTIA PETRI DE ARRIS CARTUSIENSIS)

**F° 137 r°** Postque anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo indictione et pontificatu predictis, die lune crastina dicti sermonis, prefatus dominus Germanus comisit prefato domino inquisitori Carcassone in domo archiepiscopali Narbone personaliter existenti vices suas in penitentia imponenda et iniungenda Fratri Petro de Arris Cartusiensis ordinis monasterii de Lupateria diocesis Carcassonensis quantum ad ipsum dominum Germanum nomine et vice dicti domini archiepiscopi Narbone pertinebat et poterat ex officio sibi comisso, de qua quidem commissione eidem domino inquisitori facta presentialiter voluit per me notarium infrascriptum recipi et fieri publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec in domo predicta archiepiscopali Narbone, presentibus religiosis viris Fratribus Paulo de Alanhano et Guillelmo Clementis ordinis **F° 137 v°** Predicorum, Stephano de Perreria serviente Regio, Bernardo Arnaudi notario testibus ad premissa vocatis, et magistro Menneto de Roberticuria notario predicto qui in nota requiitus hec scripsit, vice cuius et de voluntate domini inquisitoris predicti ego Ioannes de Ongione clericus Trec. diocesis predicta in hanc formam publicam hic redigi.

Postque anno, indictione et pontificatu predictis die sabbati ante festum beati Thome apostoli<sup>103</sup>, prefatus P. de Arris constitutus in iudicio in domo Inquisitionis Carcassone coram prefato domino inquisitore, scilicet Fratre Henrico de Chamayo ordinis Predicorum extractionem seu abbreviationem confessionis sue in precedentibus scriptam, scilicet inter sententias latas<sup>104</sup> Carcassone solidos triginta octo<sup>105</sup> sibi lectam et recitamat confirmavit, et recognovit sic credidisse et fecisse ut in ea continetur, et abiuravit omnem heresim, credentiam **F° 138 r°** et cetera, et se obligavit ad penam relapsis debitam si contingeret eum relabi in heresim vel fautoriam aliqualem et generaliter ut est moris, petens iterum ad cautelam absolutionis beneficium sibi misericorditer impendi et penitentiam salutarem sibi iniungi, quam facere et completere pro posse promisit, et ad sancta Dei Evangelia ibidem<sup>106</sup>

et ibidem incontinenti prefatus dominus inquisitor absolvit eum a sententia excommunicationis quam incurrerat pro predictis culpis per eum tam coram dicto domino Germano quam coram ipso nunc recognitis et confessatis,

et licet secundum iuris rigorem dictus Frater P. de Arris pena et penitentia confusibili posset et deberet puniri, nichilominus, volens ipse dominus inquisitor deferre honori dicti ordinis et monasterii Lupaterie ac prioris, et Fratrum aliorum conventus difamiam devitare, de peritorum consilio super hoc prehabito diligenter, in aula archiepiscopali Narbone **F° 138 v°** per me notarium infrascriptum in precedentibus inserto et notato, eidem Fratri Petro de pena confusibili misericorditer et gratiore pepercit, sibique pro carcere et penitentia unam cellam in dicto monasterio, et claustrum ac ecclesiam dicti monasterii iudicialiter assignans impositiones et iniungens eidem nichilominus penitentias que sequuntur,

videlicet quod usque ad tres annos a die presenti imposterum computando nullum officium habeat, recipiat aut exerceat, propter quod exercendum oporteat ipsum exire dictum claustrum suum.

<sup>103</sup> 17 décembre 1328.

<sup>104</sup> Corr.: sententiam latam.

<sup>105</sup> Sic.

<sup>106</sup> Suppr.: ibidem.

Item quod hinc usque ad unum annum completum ad nullum comune officium tam in ecclesia vel alibi sit notatus sed promotus; sed in cella sua continue resideat nisi soli temporibus quibus Fratres ex more ordinum esse contigerit in communi ne unum Fratrum locatum colloquio quocumque de sacra scriptura vel alia vel de fide nec aliis, nisi dumtaxat de necessariis ad usum victus sui et necessitatibus procuran- **F° 139 r°** dis vel petendis.

Preterea mense quolibet anni presentis una die semel in presentia totius conventus in capitulo confiteatur publice et recognoscatur se credere et reputare dominum Ioannem Papam vicesimum secundum esse verum Papam et capud illius Ecclesie in qua salvari speramus, et cui tenemur in omnibus obedire.

Item quod per totum annum presentem quali<sup>Det</sup> septimana duobus diebus ieunet in pane et aqua absque aliis cibo vel potu. et quod die qualibet dicti anni dicat unum nocturnum de Psalterio ac letaniam. et septem paalmos.

Item voluit idem dominus inquisitor et ordinavit quod prior dicti oonventus vel eius vices gerens habeat oculum vigilem super eum, eidem domino inquisitori fideliter referens si aliqui percipiat eum dicere vel credere seu docmatizare contra fidem, ut si aliquo casu recidivayerit eidem domino inquisitori denunciet ad finem quod accumulare **F° 139 v°** valeat: super totam culpam suam preteritam et futuram..

retinens ipse dominus inquisitor sibi potestatem et auctoritatem ipsum, si de novo delinqueret, aliter et acrius puniendi acsi nunquam facta fuisse sibi remissio supradicta; in casu autem ubi recidivum vel relapsum committeret, decrevit ipse dominus inquisitor predictam gratiam sibi factam presentialiter ecclesie<sup>107</sup> nullam, irritam et inanem, quam quidem presentiam<sup>108</sup> sibi impositam gratis acceptavit et facere promisit.

Ceterum idem dominus inquisitor retinuit et reservavit sibi potestatem mitigandi predictam penitentiam vel eam totaliter remittendi aut etiam agravandi si sibi visum fuerit expedire.

Acta fuerunt hec in camera dicti domini inquisitoris anno et die predictis, presentibus religiosis viris Fratribus Aymerico de Fiscella priore dicti monasterii Lupaterie, Morando lectore Fratorum Carcassone, Pilofortis eiusdem ordinis et conventus, **F° 140 r°** Guillelmo Clementis socio dicti domini inquisitoris, magistro Iacobo de Poloniacho custode Muri Carcassone testibus ad premissa vocatis, et magistro Menneto de Roberticuria notario predicto, qui he scripsi in nota de mandato dicti domini inquisitoris, vice cuius magistri Menneti et de mandato predicti domini inquisitoris ego Ioannes de Ongione predictus predicta de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

---

<sup>107</sup> Corr.:esse.

<sup>108</sup> Corr.: penitentiam.

(CONSULTATION DE PAMIERS

8 JANVIER 1329)

**F° 140 v°** Anno Domini M° CCC° XX° VIII° indictione duodecima, die veneris in octava Epiphanie Domini, pontificatus sanctissimi Patris et domini Ioannis divina providentia Pape vicesimi secundi anno tertio decimo **F° 141 r°** reverendus in Christo Pater dominus Dominicus, Dei gratia Appamiarum episcopus, ac venerabiles et religiosi viri Fratres Henricus de Chamayo Carcassonnensis et P. Bruni Tholosanus ordinis Predicatorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputati, existentes in aula episcopali Sedis Appamie, convocatis et congregatis per eos ibidem peritis et clericis ac religiosis infrascriptis, volentes in negotio fidei ipsorum consilio procedere, petivrunt ab eis consilium ut inferius exprimetur, quorum quidem iurisperitorul, clericorum ac religiosorum nomina sunt hec :

Germanus de Castronovo archidiaconus,  
Iacobus Renonis prior claustral,  
Ugo de Brolio sacrista ecclesie Appamie,  
Hugo Ferrolli vicarius abbatis Fuxènsis,  
B. Camella,  
G. de Faures, canonici Fuxenses,  
Beringarius Goti prior,  
Ioannes **F° 141 v°** de Salano lector,  
Germanus Petri,  
Germanus Cardona,  
Galhardus de Pomerii,  
Raimundus Gerrime,  
Raymundus de Nelis, conventus Predicotorum Appamiarum,  
B. de Seguelatio prior,  
Guillelmus de Na Tholosa, lector,  
Ioannes Iterii,  
Stephanus de Submitrio, ordinis Augustinensis,  
B. Boneti, officiakis Appamie,  
Hugo de Abelheriis,  
Iacobus Camelle,  
Arnaudus d'Octesii<sup>109</sup>,  
Arnaudus de Ulmo,  
G. de Sancto Iuliano,  
B. Grassi,

---

<sup>109</sup> Corr.: Docesii.

B. den Helyas, iurisperiti Appamiarum,  
Raymundus Hastanova de Bellopodio,  
Bartholomeus de Fico, iurisperiti,  
Frates Vitalis Arabini, gardianus,  
B. de Savertesio,  
Ioannes Flequerii,  
P. de Genato ordinis Minorum Appamiarum,  
Frates Ioannes de Montesquivo, lector,  
Arnaudus de Andusia, Carmelitarum ordinis,  
Frates Bartholmmeus Baresii, prior tholosanus,  
Thibauldus prior Appamie,

qui iuraverunt ad sancta Dei Evangelia dare bonum et sanum consilium in agendis unusquisque secundum conscientiam suam et gratiam a Domino eis datam, et tenere secretum quod agetur, donec fuerit publicatum. Et prestito iuramento fuerunt lecte extractiones seu culpe :

**Domini Bernardi de Taxio mi11tis** defuncti et **Petri Petri** de Querio diocesis Appamie, ipsi dixerunt se velle super ipsis usque in craztinum deliberare.

Super facto domini **Iohannis de Prahols** rectoris ecclesie de Alamannis communiter dixerunt omnes, uno excepto, quod attentis depositionibus testium deponentium contra ipsum rectorem, et probationibus defensionum suarum et causis ini- **F• 142 v°** miciarum quas proposuit et probavit contra testes contra ipsum deponentes, sufficienter esse probatum contra ipsum per ipsos te~tes in officio receptos, et quod cause inimiciarum probate non sunt sufficientes ad probandum inimicias capitales, et idcirco dixerunt dictum rectarem, nisi confiteri voluerit de predictis, fore tanquam canvictum per testes ut impenitentem hereticum Curie secularis relinquendum.

Super facto **magistri Guillelmi Gauterii iurisperiti** Appamie voluerunt deliberare usque in crastinum.

Super facto **Petri den Hugol de Querio**, remansit adhuc indeterminatum.

Super facto **Petri Clerici rectoris ecclesie de Montealionis**, voluerunt deliberare usque crastinum.

Super facto **Raimunde uxoris Raimundi Bernardi** defuncte quandam de **Pradis in Alione**, amnes concorditer dixerunt eandem Raymundam si viveret fore immurandam, et quia non fuit absoluta in fine a sententia excommunicationis qua ligata erat pro culpis per eam confessatis, et **F• 143 r°** petiit Fratrem Galhardum de Pameris qui erat inquisitor heretice pravitatis pro domino episcopo Appamiarum, idcirco dixerunt eam fore a dicta sententia absolvendam.

Super facto **Raymundi de Sancto Pastore** voluerunt deliberare usque crastinum.

Actum presentibus nobili viro P. Arnaudi milite de Castroverduno, Fratribus P. Sicardi, Guillelmo Clementis ordinis Predictis, et Marcho Rivelli notario, testibus ad premissa vocatis et rogatis, et magistris Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis apostolica auctoritate, Ioanne Astrabandi et P. Dammarii notariis qui interfuerunt. Hagister Mennetus

vero predictus officii Inquisitionis Carcassone notarius hec scripsit in nota.

Postque anno, inductione, loco et pontificatu predictis, die sab- **F° 143 v°** bati  
crastina, prefati domini episcopi et inquisitores iterato convocaverunt prefatos dominos,  
canonicos, iurisperitos et religiosos omnes, exceptis Germano de Castronovo archidiacono,  
Iacobo Benonis priore claustral, Hugone de Brolio sacrista Ecclesie Appamie, Fratribus  
Gallardo de Pomerii, Raymundo Grime, Raymundo de Melis ordinis Predicatorum Appamie,  
B. de Seguelatio priore, Guillelmo de Na Tholosa lectore ordinis Augustinensis, discretis viris  
B. Boneti officiario<sup>110</sup> Appamie, Hugone de Abelheriis, Iacobo Camelle, Arnaudo Docesii,  
Arnaudo de Hulmo, G. de Sancto Iuliano, P. Grassi, iurisperitis Appamie, Raymundo de  
Hastanova de Bellopodio, Bartholomeo de Fico, iurisperitis, Fratribus Vitalis Arabini  
gardiano, B. de Savartesio, P. de Genaco ordinis Minorum Appamiarum, Fratribus  
C&rmelitarum et prioribus Tholosano et Appamien- **F° 144 r°** qui non fuerunt bodie, et  
interfuerubt hodie aliqui qui supervenerunt, modo predicto iuraverunt, quorum, videlicet  
illorum qui de novo venerunt nomina sunt bec :

Dominus P. de Ramis iurisperitus Mirapiscensis,  
Frater Ioannes de Falgarollis ordinis Minorum,  
Dominus Iordanus de Valle presbiter familiaris domini episcopi Appamiarum,  
Dominus P. Arnaudi de Castronovo.

Et ibidem lecte culpe :

**Ioannis Pelicerii de Monte Alionis** dixerunt concorditer omnes ipsum tanquam  
credentem hereticorum penitentem perpetuo condempnandum.

Super facto **Gausie uxoris Bernardi Clerici à Montc Alicnis**, idem<sup>111</sup> fuerunt  
presentes in consilio domini Hugo Ferroli, B. Camella, G. de Faires, Fratres Berengarius  
Goti, Ioannes de Solerio, Germanus Petri, Germanus Carboner, qui non fuerunt in consilio  
prime persone, sed secnde proximo suprasicto.

Super facto **F° 144 v°** **Guillerme uxoris Guillelmi Argilerii de Montealionis**,  
murum strictum;

Super facto **Petri Guillelmi sutoris de Hunago**, murum strictum.

Super facto falsorum testium subornatorum et falsorum delatorum, fuit consilium  
generaliter quod ponantur in scala cum linguis rubeis et crucibus in locis solemnibus et locis  
suis, aliqui gravius, aliqui levius, secundum gravitatem culparum seu lenitatem, et quod ad  
murum perpetuum, aliqui ad strictum, aliqui ad largum iuxta conditiones culparum, et quod si  
aliqui per eos delati et falso accusati propter hoc dampna passi fuerint, condempnentur ad  
restitutionem dampnorum;

Item quod teneatur gratia promissa **Petro de Rivo**, et etiam quod **Galharda filia**  
**Raymundi Patent** propter iuventutem, quia ad suggestionem persone in cuius potestate  
stabat, arbitraria sine **F° 145 r°** crucibus puniatur, et illum qui petit eam in uxorem habeat si  
voluerit dispensare.

Super facto **Raymundi de Sancto Pastore** aliqui dixerunt quod puniatur ut

<sup>110</sup> Corr. officiali

<sup>111</sup> Corr.: item.

calumpniator et falsus delator ad scalam et lingas et relegandus a diocesi ad Appamiam<sup>112</sup>, alii vero tanquam falsum testem et falsum delatorem ad dictam scalam et lingas et ad Murum perpetuo tempore condempnandus; tamen melior pars consilii tenuit hanc ultimam conclusionem;

Super facto omnium qui fuerunt credentes hereticorum, dixerunt quod condempnantur ad carcerem perpetuum Muri, aliqui ad murum strictum, qui graviter delinquerint, alii ad largum, qui minus delinquerint, secundum quod episcopus et inquisitores iuxta eorum culpas et conditiones personarum viderint faciendum; ceterum super illis qui viâerint hereticos et celaverint, eos adoraverint, dixerunt eos pena arbitraria puniendos.

Super facto **Ioannis Roussinerii** presbiteris **F• 145 v•** dixerunt ipsum fore immurandum absque degradatione; aliqui tamen dixerunt quod quia dominus Papa fuerat consultus super tali facto, melius esset exspectare determinationem eiusdem dubii quam ipsum modo punire; finaliter tamen dixerunt ad Murum sine expressione, utrum tanquam hereticum vel sortilegium, recitando factum sicut fuit;

Super facto **Iacobe Peregrine** concluaum fuit quod ponatur in scala cum imaginibus crocei coloris quas perpetuo portet, retenta potestate etc. Duo tamen dixerunt eam in Muro ponendam ne marito suo abominabilis existat;

Super facto **Petri Clerici rectoris quondam de Montealionis** conclusum fuit per omnes, duobus exceptis, ipsum tanquam dogmatizantem hereses et impenitentem fore exhumandum et ignibus concremandum;

Super facto **Guillelme uxoris quondam Bertrandi Mercerii** defuncte de **Tarascone**, et **F• 146 r°** super facto **Sybillie Milglose** dixerunt intentionem officii fore prolatam nonobstantibus defensionibus et obiectionibus per defensores probatos et prolatos<sup>113</sup>, et dictas duas defunctas tanquam impenitentes fore exhumandas;

Super facto **P. Petri de Querio** maior pars consilii dixit ipsum esse fautorem simpliciter; alii dixerunt fore relapsum in fautoriam; tamen finaliter omnes dixerunt quod pars et sententia mitior teneatur; super pena autem et penitentia imponenda dixit maior pars quod condempnatur ad Murum, et alii ad cruces et peregrinationes.

Habitu fuit consilium presentibus testibus et notariis antescryptis.

---

<sup>112</sup> Corr.: Appamiarum.

<sup>113</sup> Corr.: probatis et prolatis.

(SENTENCES DE PAMIERS

16 JANVIER 1329)

**F 146 v°** Anno Domini M CCC XX VIII ab Incarnatione Domini, duodecima in festo sancti Marcelli pape et martiris, pontificatus sanctissimi Patris dQmini Ioannts divina providentia Pape vicesimi secundi anno tertio de cetero<sup>114</sup> factus fuit sermo generalis gratiarum in ecclesia de Campo per reverendum in Christo Patrem Dominicum, Dei gratia Appamiarum **F° 147 r°** episcopum et venerabiles et religiosos Fratres Henrieum de Chamayo et Pètrum Bruni Tholosanus ordinis Predicatorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie auctoritate Apostolica deputatos;

et inibi facte fuerunt gratie de crucibus deponendis et de Muro educendis personis, et late alie sententie contra alias personas et iniuncte penitentie, quarum abbreviatio et substantia in abstracto sequitur per hunc modum :

Infrascripti habuerunt gratiam de crucibus deponendis:

**Bernardus Fabri de Verduno,**  
**Aymersendis Gauberta de Ax,**  
**B. Gauberti de Ax,**  
**Galharda Gauberta de Ax,**  
**Rossa uxor B. Amelii de Ax,**  
**Raymunda den Iauffre,**  
**Martinus Porta ,**  
**Alamanda uxor dicti Martini,**  
**Bernardus Gentil de Ascon,**  
**Raymundus de Soubrema de Tinhaco,**  
**P. Sabaterii de Lordato,**  
**Sycardus Berengarii sabaterius,**  
**Raymunda uxor B. Austas,**  
**Mengardis uxor Guillelmi Dotra de Lardato,**  
**Philipa Peyrata de Tarascone,**  
**Guillelma del Quier de Alamannis,**  
**Raymunda de Pradis,**  
**Mengardis uxor Petri den **F° 147 v°** Hugul de Querio,**  
**Stephanus Belloti de Montealionis,**  
**P. Capellani de Larnato,**  
**Bernardus de Soubreme de Ascone,**  
**Grasyda uxor de Bene<sup>115</sup> Clerici de I-ontealionis,**  
**Bruna uxor B. Pellicerii de Pradis in Âlione,**  
**Veysianus Ioannis dicti loci de Pradis,**

<sup>114</sup> Corr.: decimo.

<sup>115</sup> Sic.

**Iacobus Baiuli de Montealionis,  
Raymunda uxar Bertrandi de Pradellis àe Ascone,  
Raymunda uxar Raymundi Stephani de Lordato,  
Raymundus Bernis àe Ravato,**

retenta et etc... potestate reiponendi etc... ut in sententia continetur. Infrascripti habuerunt gratias de crucibus deponendis :

Item in crastino dicti sermonis facta fuit in domo episcopalis Sedis Appawie gratia de dictis crucibus deponendis personis quarum nomina sequuntur, videlicet:

**Fabriissa uxor Raymundi Riba de Montealionis,  
Guillelmus Arsendis de Pradis,  
P. Pauc de Pradis,  
Guillelma Ioannis de Pradis,  
Alaycis Ioanne de Pradis,  
Veysiada uxor quondam P. Mathi<sup>116</sup> de Ax,  
Flors uxor Awelii Regis de Ravato ,**

**F° 148 r°** retenta etc... potestate ut supra reponendi etc...

Infrascripti fuerunt educti et expediti de Muro cum crucibus:

**Guillelmus Autas de vrnolacho,  
Bernardus Franqui de Golerii,  
Bruna uxor Guillelmi Forcelli de l-lontealionis,  
Alamanda u:xor Guillelmi Guilaberti de I-lontealionis,  
Rixendis Cortile de Ascone,  
Bernarda uxor Amelii de Rivas de Ax,  
Ermene;ardis Buscalhe,  
Aladaycis uxor Arnaudi Fabri de Montealionis,  
Arnaudus de Savinhano de Tarascone,  
Raymunda uxor Bermondi Castanerii de Montealionis,  
Raymunda u:xor B. Guilho de Vernaus,  
Guillelmus Baiuli de Montealionis,  
B. de Ortello de Ravato,  
Raimunda uxor Guillelmi Martini de Montealionis,**

retenta etc... ut est consuetum.

Infr&scripti habuerunt penitentiam arbitrariam cum crucibus:

**Mersendis uxor quondam P. Ferrerii de Hugenach,  
Rogerius de Yssartis,  
Guillelma de Bone de Ax,  
Guilharda filia Raimundi Parent **F° 148 v°** de Caussone,**

---

<sup>116</sup> Corr.: Mathei.

**Infrascripti habuerunt penitentiam arbitrariam cum crucibus  
Saurimunda uxor quondam B. Gazinhe de Maloleone ,  
P. de Rivo de Tinhaco parrochie de Cunhacho;  
Rossa uxor Arnaudi de Ornhacho<sup>117</sup>,  
Laurentius quondam sarracenus,  
retenta etc... ut supra.  
Infrascripti fuerunt immurati per sententiam :  
Iohannes Roucinerii presbiter,  
Ioannes Pelicerii de Montealionis ,  
Gauzia uxor B. Clerici de 1'1ontealionis ,  
Iacoba Peregrina de Perpiniano, concubina rectoris de Maloleone,  
Guillelma uxor Guillelmi Argelerii de Maloleone,  
Raymundus Rosaudi,  
P. Petri de Querio fautor,**

dumtaxat retenta etc... potestate etc... ut est fieri consuetum.

Infrascripta persona defuncta obiit penitens et pronuntiata fuit si viveret immuranda:

**Raymunda uxor Raymundi B. de Pradis in Alione.**

Infr~scripte persone obierunt impenitentes et eorum ossa pronuntiata fuerunt **F° 149 r°** exhumanda et ignibus concremenda:

**Petrus Clerici rector olim ecclesie de Montealionis,  
Guillelma uxor quondam Bertrandi Mercerii de Tarascone,  
Sibilia Milglossa uxor P. Milglos,**

Infrascripti fuerunt ut falsi testes in facto heresis ad standum in scala in ecclesia de Mercatali Appamie et in Fuxo, Tarascone et Ax, et in locis suis cum linguis rubeis et crucibus duplicitibus die dominica et in diebus mercati, et etiam cum dictis linguis et crucibus ad perpetuum carcerem condempnati, excepta Guillelmo Roglii<sup>118</sup>, cui parsum fuit de Muro, sed debet portare perpetua dictas linguas et cruces :

Bernardus de Planissolis de Caussone diacesis Appamie,  
Guillelma Moreria,  
Raymundus de Sancto Pastore,  
Arnaudus Lauffredi,  
Guillelmus Rogerii,

retenta patestate etc...

Monitio contra irridentes illos qui portant cruces facta fuit.

Explicit **F° 149 v°** dictus Sermo.

<sup>117</sup> Corr.: Ornolacho.

<sup>118</sup> Corr.: Rogerii.

In crastino in domo et aula episcopali lata fuit sententia contra

**Fratrem P. Recordi,**

et facta fuit gratia de crucibus personis infrascriptis :

**G. Arsendis de Pradis,  
P. Pauc,  
Guillelme Iohanne,  
Aladayci Iohanne de Pradis in Alione,  
Vesiade uxori quondam P. Mathei de Ax,  
Flors Mire de Ravato .**

---

Die dominica sequenti in dicta ecclesia Iohannes de Praollis rector Ecclesie de Alamannis tanquam credens erroris et dogmatizator fuit degradatus et per sententiam immuratus.

**P. Savinha,  
et B. Michael de Pradis**

perdiderunt cruces.

---

~

(PETRUS RECORDI CARMELITA)

**F° 150 v°** In nomine Domini amen. Quoniam nos Prater Dominicus Dei gratia et Apostolice Sedis Appamiarum episcopus et Fratres Henricus de Chamayo Carcassone et P. Bruni Tholanus ordinis Predicatorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie **F° 151 r°** auctoritate Apostolica deputati per tuam confessionem propriam in iudicio legitime factam coram reverendo Patre in Christo domino Iacobo Dei gratia tunc Appamie episcopo, nunc vero Sedis Apostolice cardinalis, et postmodum coram Nobis per te recognitam et etiam duabus vicibus confirmatam legitime invenimus et Nobis constat quod

tu Frater Petrus Recordi ordinis beate Marie de Carmelo a quinque annis ante confessionem per te factam in iudicio de infrascriptis et intra diversis temporibus et locis, dyabolico seductus consilio et libidinis ardore succensus, vota castitatis quod in professione tui ordinis emiseras proh dolor violato multa gravia et enormia commisisti sortilegia heresim sapientia modis et conditionibus variis et abhominabilibus, etiam recitationem indignis, et inter alia quinque ymagines cereas diversis temporibus successive fecisti et fabricasti, multas **F° 151 v°** et diversas demonorum coniurations et invocations dicendo dum dictas ymagines fabricabas et quamplura venenosa etiam immiscendo et sanguinem buffonis terribilis et horribili modo extractum infra dictas ymagines infundendo, et dictas ymagines supra unam tabulam taparelo vel panno coopertam prostratus, sanguine narium suarum in ventre spergendo et etiaw de saliva sua immiscendo, intendens per hoc diabolo sacrificare.

Quas ymagines sic factas et aliis modis recitatione indignis ponebas clandestine in limine hospiciorum aliquarum mulierum quas cognoscere volebas carnaliter, et de quarum numero tres isto modo habuisti, et carnaliter cognovisti, et duas alias cognovisses carneliter, nisi de loco ad locum per ordinem tuum transmissus fuisses.

Et cognitis eisdem mulieribus, et cum eis actu luxurie perpetrato, dictas ymagines recipiens easdem in flumi- **F° 152 r°** nibus iaciebas, et unum papillonem dabus diabolo in sacrificium, et eiusdem diaboli presentiam per ventum aut alias sentiebas, credens dictas ymagines habere virtutem astrengendi dictas mulieres ad amorem tui, vel si consentire nollent, per demones affligendi.

Et in dicta credentia stetisti per sex annos vel circa, usque captus fuisti.

Item quandam de ymaginibus predictis in ventre percussisti et inde sanguis exivit.

Item cuidam persone quam sciebas esse de heresi culpabilem in Muro de Alemannis detente favorem impedistis, quandam cedulam manu tua scriptam cum qua se defenàeret scribendo et tradendo eidem, et multa alia sortilegia commisisti que prolixum esset referre, et auditoribus forte tediosum.

Multotiens in dictis confessionibus tuis variasti et revocasti sepius eas contra iuramentum proprium temere veniendo. Demum tamen ad cor rediens ad dictas confessiones **F° 152 v°** pristinas redeundo et eas ratificando et approbando tanquam veras, dixisti de corde et animo penitere et velle redire ad viam veritatis et sancte matris Ecclesie unitatem,

supponens te humiliter misericordie eiusdem matris Ecclesie et Nostre, et petens absolutionis beneficium a sententia excommunicationis quam pro premissis culpis incurras tibi per Nos misericorditer impendi, offerendo te paratum portare et completere humiliter pro posse penitentiam quam pro predictis et aliis per te commissis tibi duxerimus iniungendum.

Idcirco Nos episcopus et inquisitores prefati, attenta gravitate culparum tuarum predictarum et aliarum que commisisti, et revocationes varias quas fecisti, considerantes recte intentionis oculo quod si talia nephanda crimina transires impune, forsitan ad eadem vel similia imposterum iteranda facilius relaberis, et mala malis ultimaque priora prioribus **F• 153 r•** aggregares, quodque si austерatem, iustitiam et rigorem apud te vellemus cum totali severitate iudicialiter exercere, gravibus penis et quasi insupportabilibus puniri deberes, quia tamen Ecclesia non claudit gremium redeunti, humiliter misericordiam et gratiam postulanti, estimantes et per experientiam te corde bono et intentione non facta demum fuisse confessum, et recognivissti de te et aliis veritatem, necnon toto posse ad promotionem officii Inquisitionis existens in carcere cum quibusdam personis de heresi culpabilibus et delatis veritatem super dicto crimen celantibus et confiteri nolentibus ad confitendum multipliciter induxisti, multaque gravia que ab ipsis audivenras revelare curastis, de quibus in fidei negotio et dicti Inquisitionis officio bonum spirituale non modicum provenit, et in futurum etiam provenire poterit Domino annuendo, propter quod majori **F• 153 v•** gratia et misericordia te reddidisti in occasu spiritualiter dignorem, eo insuper sensato dicti ordinis tui honore, cui quantum bono modo poterimus deferre volumus et ipsius confusionem effugere, gratiose in facto huiusmodi procedentes,

Te prefatum Fratrem Petrum Recordi a sententia excommunicationis qua ligatus eras pro culpis predictis, abiurata primitus per te in iudicio coram Nobis omni ymaginum talium indebita fabricatione, adoratione, et demonium sacrificio et immolatione ac credēntia sortilegiorum aliorum quorumcumque hereticam sapientium pravitatem, et aliam quamcumque et specialiter fautoriam hereticorum et etiam heresim, nennon credentiam, receptionem et fautoriam sortilegorum et hereticorum quorumque,

de peritorum consilio super hoc habito misericorditer duximus absolvendum, et sedentes pro tribunal... **F• 154 r•** consilio peritorum, in et cum his scriptis per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus et pronunciamus te fuisse sortilegum ac immolatorem demonum et fautorem hereticorum, et te tanquam talem si corde non facto, ut asseris<sup>119</sup>, penitentiam et sinum sancte matris Ecclesie reversum et Nostris mandatis obedire paratuc, promittesque pro posse tuo completere penitentiam tibi per Nos iniungendam in et cum eisdem presentibus scriptis te primitus omni sacerdotali et quocumque alio ecclesiastico sacerdotali ordine dicimus et decernimus degrandandum, et te sicut premittitur degradaandum postquam degradatus fueris ad agendum penitentiam pro commissiis, ex nunc pro tunc et ex tunc pro nunc ad perpetuum carcerem in **F• 154 v•** Tholosano conventu tui ordinis per Nos deputatum per Nos<sup>120</sup> sententialiter condemnamus et etiam adiudicamus. In quo quidem carcere in vinculis et compedibus ferreis detineri et panem et aquam dumtaxat pro omni cibo et potu tibi ministrari volumus, et mandamus ut ibidem perpetuo peccata tua defleas, et panem pro cibo doloris et aquam pro potu tribulationis habeas et recipias patienter, ita quod vivere ibi tibi sapiat mortem, et mors quam ibi tuleris tibi vitam tribuat sempiternam.

Verum si, quod absit et Deus avertat, te in posterum, antequam ad dictum carcerem venias vel in ipso fueris intrusus diabolico instinctu fugere contigerit, vel ipsum carcerem modo quolibet exire vel frangere absque Nos speciali licentia et mandato et negligere aut non completere penitentiam predictam tibi per Nos impositam, volumus, ordinamus et presentis scripti serie declaramus absolutionem per Nos et gratiam tibi **F• 155 r•** factam penitus esse nullam, et te tanquam impenitentem ficteque et dolose conversum pristine excommunicationis

<sup>119</sup> *Adde:* ad.

<sup>120</sup> *Sic.*

vinculo fore totaliter irretitum. Porro ne priores et fratres dicti conventus ubi fueris in carcere detrusus negligenter aut scienter te permiserint evadere, vel licentiam dederint evadendi vel procuranti assenserint, opem vel auxilium dederint scienter, protestamur eisdem et auctoritate qua fungimur, Nobis et Nostris in officio successoribus potestatem specialiter reservamus procedendi contra ipsos et eorum quemlibet, prout iure, stilo, cursu, usu et privilegiis officii Inquisitmonis fuerit procedendum.

Retinemus autem Nobis et Nostris in officio successoribus potestatem et auctoritatem mutandi in dicta penitentia, et eam mitigandi vel minuendi, vel ipsam totaliter remittendi, si et quando et prout de peritorum consilio Nobis visum fuerit faciendum. Et in favorem tui ordinis super degradatione actualiter **F° 155 v°** facienda de spirituali gratia dispensamus et dictam degradationem facere nec fieri volumus ob reverentiam ordinis memorati.

Lata fuit hec sententia anno Domini M° CCC° XX° Vill° die martis in crastino sancti Marcellis pape<sup>121</sup>, inductione duodecima, pontificatu sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno decimo tertio, in aula episcopali Sedis Appamie, presentibus venerabilibus et discretis viris domino Germano de Castronovo archidiacono, Iacobo Alberonis priore claustralii, Bernardo de Marcafalha<sup>122</sup>, canoncis Appamie, domino P. Arnaudi milite de Castrove:duno, Hugone Ferrollo vicario abbatis Fuxi, P. Flequerii, B. Boneti officiali, Hugone de Abelheriis, Arnaudo Docesii, Arnaudo de U1mo, Iacobo Camella, B. Elye, G. de Sancto Julianot, P. Grassi iurisperitis Appamie, Raimundo de Astnava de Bellopodio licentiatu in Legibus, Bartholomeo de Fita iurisperitis, Petro Ioleni **F° 156 r°** notario Appamie, Bertrando de Pulchostare de Appamia, Guillelmo de Vernhola, Arnaudo Iornal, Iacobo de Ponte, B. de Sera, Guillelmo de Duno, Guillelmo Galhardi, Bertrando Gratiostat arcello<sup>123</sup> de Mirapisce, P. Vaquerii, B. Maganelia, consulibus Appamie, Fratribus Gualhardo de Pomeriis, Germano Petri, Arnaudo de Rivas, Raimundo de Molis, Ioanne de Solario, lectore ordinis Predicotorum Appamie, Fratribus B. Sabaterii priore, B. Rogerii ordinis Predicotorum Thmlose, Fratribus Vitali gardiano, Guillelmo Flequerii, B. de Savertesio, Ioanne de Falgayrollis ordinis Minorum Appamie, Fratribus B. de Segalaro priore, G. de Malholona, Ioanne Yterii, Stephano de Submitrio ordinis Augustinorum Appamie, Fratribus Bartholomeo Baresii priore, Ioanne de Montesquivo lectore ordinis Carmelitarum Appamie, et quibusdam testibus ad F° 156 v° premissa vocatis, et magistris P. Daumarii, Ioanne Estrabandit et Menneto de Roberticuria notario<sup>124</sup> qui interfuerunt.

Magister vero Mennetus predictus hec scripsit in nota, exceptis nominibus testium predictorum, que dictus Ioannes Estrabaudi scripsit, vice quorum ego Ioannes de Ongione, clericus Trecensis diocesis et de mandato domini inquisitoris Carcassone supradicti predicta de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

---

<sup>121</sup> 17 janvier 1329.

<sup>122</sup> Corr.: Marcafaba.

<sup>123</sup> Sic.

<sup>124</sup> Corr.: notariis.

(SERMON DE BÉZIERS

CONSULTATION DU 19 MAI 1329)

**F° 157 r°** In nomine Domini amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trigesimo nono, indictione duodecima, die decima nona maii, pontificatus sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno tertio decimo, venerabiles et religiosi viri Fratres Henricus de Chamayo ordinis Predicorum inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus residens communiter Carcassonne, domini Andreas Dei gratia abbas Sancti Affrodisii Bitterris, commissarius in facto fidei et negotio Inquisitionis per reyerendum in Christo Patrem domini G. Dei gratia episcopum Bitterensem, existentes in camera episcopali Bitterrensi, convocatis ibidem et congregatis per eos venerabilibus et discretis viris dominis iurisperitis, religiosis et aliis infrascriptis, petierunt ab eis consilium super negotiis infrascriptis, recepto tamen ab eis primitus iuramento ad sancta Dei evangelia prestito per eosdem de dando bonum et sanum consilium in agendis juxta scientiam a Domino **F° 158 r°** sibi datam, et de tenendo secretum et sub secrati silentio ea que hic dicentur et aperientur donec fuerint publicata.

Nomina vero dictorum consiliariorum sunt hec :

Venerabilis Pater dominus P. de Solvis, permissione divina abbas monasterii Sancti Iacobi Bitterrensis, Rostagnus de Claromonte precentor, Guillermus P. de Caslucio sacrista Bitterrensis, Bernardus Caboti Legum doctor, officialis Bieterrensis, Amalvinus Causse succendor Ecclesie Bitterrensis, Friso Richomanni, Ioannes de Sancta Veleria, Guillelmus Ermengaudi, Leo de Carestis Legum doctores, P. de Manso, Ioannes Eustachii, Albannus de Coiano, Raymundus Sicardi, Petrus Eyraudi, prior de Coiano, Iacobus Lombardi, Guillelmus Lance, Vitalis Rausselli, Pontius Fabri, Petrus Andree, Sicardus de Insula, Ioannes Audini, Raymundus Andree, Guillelmus Vasconis, Berengarius de **F° 158 v°** Homelassio, Raimundus Andree iurisperiti, religiosi Fratres Ioannes Peregrini Narbone, P. Sicardi Bitterrensis priores, P. Gerunsii ordinis Predicorum, Berengarius de Aramone eiusdem ordinis,

quibus omnibus consiliariis supradictis lecta culpa sive abbreviatio confessionis

**Marie Clarade de Beciano** habitatrix Bitterris. Qua audita omnes et singuli supra nominati consiliarii dixerunt concordanter unus post alium prefatam Mariam fore penitentia arbitraria punienda.

Super culpa **Sybude filie domini Bernardi Isarni de Bitterris**, aliqui de dictis consiliariis dixerunt se dubitare an dictus dominus inquisitor eam pnnire super culpa predicta, cum videatur eis, ut dixerunt, quod non foverit heretico nec commiserit in heres; reliqui vero dicebant quod videbatur quod imo fautoriam commiserit. Et quia inter utrumque sic vacillabant, idem dominus **F° 159 r°** inquisitor pro illo dubio removendo comisit vices suas

domino episcopo vel eius viariis quantum ad punitionem eius, si et inquantum de iure poeset cognoscere ut iudex de dicta culpa.

Super facto et culpa **Alamande Iuliane de Bitterris** dixerunt pro maior parte totius consilii esse receptatricem et fautricem hereticorum et tanquam talem puniendam.

In qua conclusione presentes fuerunt religiosi proximo subsequentes qui etiam ut alii iuravenunt ; Fratres G. de Salvela gardianus, B. Meleti ordinis Fratrum Minorum conventus Bitterris , G. Affaci, P. Raimundi ordinis Caemelitarum conventus Bitterris, P. Natalis lector, G. Foraniler ordinis Sancti Augustini.

Super culpa **Marie Verzole de Bitterri**, omnes concorditer dixerunt eam fore credentem hereticorum, penitentem tamen, et tanquam talem puniendam.

Super culpa **Petri Luche notarii Bitterris**, omnes concorditer dixerunt eum- **F• 159 v•** dem Petrum tanquam impeditem officii Inquisitionis et defensorem hereticorum fore excommunicatum et tanquam demonum invocatorem et ut hereticum penitentem fore immurandum.

Super facto seu culpa **Ermengardis Amatfreydi** dixerunt concordanter eam, licet neget se non esse credentem, quia facto et receptione ossium combustorum de quibus fuerat sibi expositum a filio suo sibi dante, quod erant ossa dictorum combustorum quos dicebat esse martyres gloriosos, tanquam credentem hereticorum penitentem fore puniendam.

Super facto seu culpa **Guillelmi Trencavelli de Bitterris**, omnes concorditer dixerunt eum tanquam credentem hereticorum penitentem esse puniendum.

Habitum et datum fuit hoc consilium in dicta camera episcopali, presentibus religiosis viris Fratre Joanne Stephani ordinis Predicatorum, magistro Ioanne Fabri notario Bitterrensi, **F• 160 r•** et magistris Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis, et Raymundo Gaufridi Bitterrensis publicis auctoritate apostolica et regia et Inquisitionis officii notariis qui interfuerunt.

---

Postque anno quo supra, inductione et loco predictis, die sabbati vicesima maii, prefati domini inquisitor et abbas commissarius in dicta camera episcopali existentes, congregatis iterum dictis consiliariis superius nominatis ac etiam religiosis exceptis paucis, lecta fuit culpa

**Fratri Petri Raymundi Gontardi** conversi **ordinis Minorum** : omnes concorditer dixerunt quinque exceptis ipsum esse credentem hereticorum et de rigore iuris posse eum ad carcerem perpetuum condemnari; verumtamen postmodum: omnes, nullo excepto concorditer concluserunt quod propter reve- **F• 160 v•** rentiam sue ordinis adiudicari habeat perpetue carceri in aliquo conventu sue ordinis, et quod sententia contra ipsum ferenda non proferatur in publicum, sed secrete in domo episcopali coram certis paucis ad hoc specialiter convocatis.

Super facto et culpa **Fratri Petri Iuliani ordinis Minorum** conventus Bitterrensis,

omnes consiliarii superius nominati, et etiam aliqui alii qui non fuerant heri presentes, dixerunt concorditer de iuris rigore ipsum fore relapsum; fuerunt tamen aliqui eorum qui dixerunt quod si posset agi misericorditer cum eodem salva conscientia, placeret eisdem. Et tunc dictus dominus inquisitor rogavit eos quod cogitarent plenius et deliberarent si possent invenire aliquam viam per quam dicto Fratri Petro Iuliani posset fieri gratia de relapsu et redirent ad dictum locum hora vesperarum.

Actum presentibus religioso **F° 161 r°** viro Fratre Ioanne Stepbani predicto et magistro Guillelmo Rayoli notario Carcassone testibus ad premissa notariis supradictis qui interfuerunt. Magister vero Mennetus predictus notarius hec propria manu scripsit in nota de mandato dicti domini inquisitoris, vice cuius, videlicet magistri Menneti predicti ego Ioannes de Ongione predicta de nota extraxi et hic ea scripsi.

---

Postque hora vesperarum predicta prefati domini consiliarii, omnes exceptis dominis Petro de Manso, Guillelmo Vasconis, Fratribus Ioanne Peregrini, Berengario de Aramone predictis absentibus, ad presens iterato convocatis et in dicta camera congregatis, proposito per dictos dominos inquisitorem et abbatem commissarium dicti domini episcopi quod si procederetur ad pronuntiationem sententie fiende contra dictum Fratrem Petrum **F° 161 v°** cum ipsum degradari oporteat et dictus dominus episcopus Bitterrensis sit absens a villa Bitterrensi et infirmitate gravatus taliter quod non posset comode apud Bitterrim personaliter accedere, nec dictum Fratrem Petrum degradare, quod etiam dominus episcopus Agathensis fore dicatur absens a suo diocesi, necnon et dictus episcopus Lodovensis in sua diocesi existens dicatur fore taliter in crure vel tibia gravatus sique non possent venire ad dictam degradationem, posito quod haberint vocari, nec. sit aliis prelatus episcopus huic loco propinquus, qui comode possit haberi, sic licet domini inquisitor et abbas commissarius predicti petierunt an dictam pronuntiamionem et prornulgationem sententie contra dictum Fratrem Petrum Iuliani possent licite et de expedienti differre usque ad aliam diem oportunam, qua dictus dominus episcopus Bitterrensis vel aliquis alias comodius et citius poterit esse presens et dic- **F° 162 r°** tam degradationem prosequi cum efectu.

Quibus propositis et petitis, habita inter predictos consiliarios collatione et deliberatione matura, allegatis per eos vel aliquos ex eis multis causis quibus de expedienti dicebant dictam sententiam fore comodius differendam, et inter alias causas specialiter allegato quod si dicta sententia modo vel die crastina ferretur et prornulgaretur, et nisi dicta degradatio protinus et continuo executioni debite demandetur, periculum immineret, pro eo videlicet quia si dictus Frater Petrus Iuliani videret et perciperet se degradandum et seculari Curie relinquendum, forsitan desperabit et per desperationem se posset forsitan suffocare et alias morti tradere, et etiam dicto per aliquos ex eis quod multa alia pericula imminebant, tandem conclusum fuit per omnes (uno excepto quod<sup>125</sup> dixit licere et non expedire) quod expediabat dictam sententiam differre usque ad diem magis propinquam et accommodam qua et quantotius dicti domini **F° 162 v°** episcopi vel alterius episcopi presentia poterit haberi; quod tunc dicta sententia proferatur et dicta degradatio actualiter exequatur.

De quibus omnibus et singulis iidem domini inquisitor et abbas commissarius predicti requisiverunt sibi fieri publica instrumenta.

Actum anno, inductione, die, loco et hora vesperarum predictis, et presentibus testibus superius nominatis, et magistris Raymundo, Menneto notariis antedictis, qui premissis interfuerunt et àe eisdem requisiti fuerunt ut premittitur recipere publica instrumenta.

---

<sup>125</sup> Corr.: qui.

Magister vero predictus Mennetus hec manu propria scripsit in nota, vice cuius et voluntate domini inquisitoris Ioannes de Ongione premissa de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

(EXCOMMUNICATION)

**F° 163 r°** In nomine Domini amen. **F° 163 v°** Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi quod anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono inductione duodecima, die dominica infra octavas festi Ascensionis Domini<sup>126</sup>, pontificatu sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno decimo tertio, reverendus in Christo Pater dominus Guillelmus Dei gratia Bitterensis episcopus et Henricus de Chamayo ordinis Predicorum, inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auc()tritate apostolica deputatus residens communiter Carcassone, existentes in camera dicti domini episcopi apud Bitterim, volentes in negotio fidei infrascripto procedere de consilio peritorum infrascriptorum, tulerunt in his scriptis sententiam excommunicationis que talis est :

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Nos Guillelmus, permissione divina Bitterensis episcopus, et Frater Henricus de **F° 164 r°** Chamayo ordinis Predicorum inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus residens communiter Carcassone, volentes in negotio fidei infrascripto, quod arduum, grave et periculose videmus, de consilio vestro venerabilium et discretorum virorum dominorum infrascriptorum, scilicet :

domini Bernardi Veriaudi iudicis maioris Carcassone, domini Iacobi Bartholomei licentiati in Legibus, patroni causarum fiscalium, domini Regis senescalis Carcassone et Bitteris, domini Fisci Richomanni Legum doctoris, domini Raymundi Petri prioris de Salviano, domini Ioannis de Monte Saleri Legum doctoris, domini Bertrandi Castelli Legum doctoris iudicis Bitterensis, domini Andree, Dei gratia abbatis Sancti Affrodisii, domini P. Dei gratia abbatis Sancti Iacobi Bitteris, domini Rostagni de Claromonte precentoris Bitterensis, domini Amalvini licentiati in Legibus succendoris **F° 164 v°** Bitterensis Ecclesie, domini Bernardi Caboti Legum doctoris officialis Bitterensis, magistri Vitalis Raustelli licentiati in Legibus, magistri P. de Manso, magistri Pontii Fabri de Bitteris, domini Rogerii Fredolli canonici regularis, magistri Guillelmi Vasconis, magistri Arnaudi Assalhit procuratorum incursum heresis domini Regis, magistri Raymundi Andree, domini Ioannis de Castanherio precentoris monasterii Sancti Affrodisii Bitterensis, Fratris Guillelmi de Salvela gardiani Minorum Bitteris, Fratris Raymundi Pelati ordinis Predicorum Montispesulanii, domini Guielmi Ermengaudi Legum doctoris, domini Leonis de Caseolis Legum doctoris, Fratris Blasii Bertrandi lectoris Minorum, Fratris Natalis, Fratris Nicholai ordinis Sancti Augustini, magistri P. Columbi, Fratris Pauli Atfredi, domini Andree de Rivis, magistri Berengarii de Vallano, magistri Ioannis **F° 165 r°** Audini, magistri Ioannis de Salvhanano, magistri Raymundi Andree, Fratris Guillelmi Affiaci ordinis Predicorum, Fratris Iacobi de Chamayo prioris Rumilliachi

hic presentium et ad hoc per nos specialiter vocatorum de licite ac tute procedere et matura àeliberatione prehabita diffinire per sententiam quid de iure sit 8d diffiniendum et pronuntiandum, secundum quod in facto consistit et iudicandum fuerit iuxta canonicas sanctiones, præentialiter valeamus, licet vos omnes et vestrum quemlibet tales et talem in conscientia et scientia reputemus et credamus quod non diceritis etiam sine excommunicationis sententia proferenda, sed etiam verbo simplici nisi meram et puram

<sup>126</sup> 4 juin 1329.

veritatem, nec aliud daretis consilum nisi quando iustum et sanum vobis et vestrum cuilibet videretur iuxta conscientiam et scientiam a Domino vobis datam, nichilominus ut in ipso negotio rectius et melius iuxta qualitatem ipsius negotii Nobis **F° 165 v°** consilium impendatis, Nosque tutius et cautius procedere habeamus et possimus, idcirco in et cum his scriptis et etiam vinculo vive vocis vos omnes et singulos superius nominatos auctoritate ordinaria et apostolica quibus fungimur in hac parte, requirimus et in Domino salubriter exortamur nichilominus vos et vestrum quemlibet, semel, secundo, tertio et peremptorie sub excommunicationis pena moventes, quatenus iuxta merita vel demerita confessionis seu culpe Fratris P. Iuliani ordinis Minorum vobis recitata ac iuxta capitulum "Accusatus, De hereticis libro sexto et iuxta canonicas sanctiones Nobis consulendo et consilium dando dicatis quilibet illud quod sibi videbitur secundum conscientiam suam et scientiam a Domino sibi datam, dicendum, consulendum, tenendum et diffiniendum, pronunciandum et iudicandum de iure, an videlicet dictus Frater Petrus Iuliani **F° 166 r°** iuxta confessata per eum vobis recitata debeat censeri hereticus fuisse simpliciter aut relapsus, cessante et remoto a cordibus vestris omni favore, amicitia, vel aliis causis, motu indebito aut iniusto. In illos autem aut illum qui pretextu cuiusque motus indebiti aut illiciti contrarium fecerit et aliud quod premittatur consulendum duxerit seu presumpserit, premissa monitione huiusmodi in et cum his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus, absolutionem huiusmodi expressius retinentes, si et forsitan, quod absit nec credimus, incurrerent in eandem.

Lata fuit hec sententia inductione, die, loco et pontificatu predictis, presentibus testibus in fine consilii nominatis et notariis etiam in fine consilii nominatis.

Qua quidem sententia ut premittitur publicata et promulgata, prefati domini episcopos et inquisitor petierunt consilium super facto et culpa dicti Fratris Petris Iuliani inibi recitata et specificata, interrogando quemlibet divisim unum post alium **F° 166 v°** qui interrogati responderunt, et consilium dando dixerunt ut sequitur :

Dominus Bernardus Veyraudi iudex maior Carcassonensis dixit quod non auderet ipsum Fratrem Petrum Iuliani excusare totaliter de relapsu, nec auderet eum iudicare vel dicere iudicandum fore tanquam relapsum, sed si placeret dictis dominis episcopo et inquisitori, quod poneretur in carcere in suo ordine, videre<sup>127</sup> sibi misericorditer actum.

Dominus Iacobus Bartholomei licentiatus in Legibus, patronus causarum fiscalium domini Regis in Senescallia Carcassone et Bitterris, dixit allegatis multis rationibus textum capituli "Accusatus..." extra. *De hereticis sexto* quod non credit ipsum Fratrem P. Iuliani esse iudicandum tanquam hereticum nec etiam tanquam relapsum, sed sicut apostamat sui ordinis, et non a fide.

Dominus Friscus Richomanni Legum doctor, dixit allegando multas rationes contrarias rationibus dicti advocati et alias iuxta capitulum predictum "Accusatus ..." concludendo dixit se credere et reputare dictum Fratrem P. Iuliani fore relapsum et tanquam talem fore puniendum.

Dominus Raimundus Petri pricr de Salviano dixit se tenere cum dicto et oppositione domini Iacobi Bartholomei advocati predicti, illo excepto quod iudicat ipsum dumtaxat puniendum tanquam apostamatam simpliciter, sed etiam tanquam hereticum, non tamen relapsum perpetuo carceri mancipandum.

---

<sup>127</sup> Corr.: videretur.

Dominus Ioannes de Sancto Valerio Legum doctor dixit quod ipsum reputat simpliciter hereticum fuisse et relapsum, et quasi talem fore puniendum.

Dominus Bertrandus Castelli Legum doctor iudex Bitterrensis dixit ipsum Fratrem P. Iuliani non esse relapsum nec tanquam talem fore puniendum, sed ipsum fore perpetuo carceri mancipandum.

Domilus Andreas Dei gratia abbas Sancti Affrodisii tenuit se cum dictu domini Fisci Richomanni.

Dominus Petrus, Dei gratia abbas Sancti Iacobi Bitterrensis dixit idem.

**F° 167 v°** Dominus Rostagnus de Claromonte precentor Bièterrensis dixit ipsum non reputare relapsum, sed tamen duro carceri mancipandum.

Dominus Amalvinus Cause licentiatus in Legibus succendor Ecclesie Biterrensis tenuit se cum dicto domini Iacobi Bartholomei regii advocati.

Dominus Bernardus Caboti Legum doctor officialis Bitterrensis dixit quod inspectis verbis in abiuratione facta per ipsum Fratrem Petrum Iuliani expressis et verbis capituli "Acusatus...", dixit se reputare dictum Fratrem Iuliani relapsum, sed quia est diversitas opinionum inter consiliarios, ut dixit, idcirco dixit quod videretur sibi rationabile quod perpetual carceri condempnetur primitus degradatus.

Magister Vitalis Raustelli licentiatus in Legibus dixit ipsum fore relapsum et tanquam talem puniendum.

Magister P. de Manso dixit ipsum non esse relapsum, sed tamen perpetual carceri mancipandum.

Magister Petrus Fabri de Bitterris **F° 168 r°** dixit ipsum fore relapsum, sed tamen propter opositiones diversas que sunt inter eos dixit quod bonum esset quod degraderetur et ircarceraretur.

Dominus Rogerius Fredolli canonicus regularis dixit se tenere cum dicto et consilio prioris de Salviano predicti.

Magister Guillelmus Vasconis dixit idem quod dictus canonicus.

Magister Arnaldus Assalliti procurator incursum domini Regis tenuit se cum consilio domini Petri Fabri.

Magister Raimundus Andree dixit eidem Fratri Petro fore purgationes indicendam<sup>128</sup>.

Dominus Ioannis de Castanherio precentor Sancti Affrodisii Bitterrensis tenuit se cum magistro Arnaldo Assalliti et magistro Pontio Fabri.

---

<sup>128</sup> Sic.

Frater Guillelmus de Salvella gardianus Minorum Bitterrensum dixit quod reputat dictum Fratrem Petrum Iuliani habuisse iustum causam timoris videlicet quia in eorum ordine sunt carceres in quibus Fratres eiusdem ordinis **F° 168 v°** puniri et teneri solent, et satis humaniter tractari; sed Fratres predicti qui puniebantur per inquisitorere Massilie ordinis eorum gravius puniebantur, quia gravius deliquerant, et ponebantur in gravioribus carceribus, et minus humaniter tractabantur. Quapropter dixit dictum Fratrem haberi excusatum super eo quod aufugit propter timorem carceris. Verumtamen ipsum dixit fore perpetuo carceri mancipandum.

Frater Raymundus Pelati ordinis Predicatorum Montispessulani : bono modo placeret sibi quod perpetuo carceri traderetur.

Dominus Guillelmus Ermengaudi Legum doctor dixit eum fore degradandum et crucesignandum, et in suo ordine ad perpetuum carcerem condempnandum, non tamen dixit eum fore relapsum.

Dominus Leo de Caseolis Legum doctor dixit eum fore relapsum.

Frater Blasius Bertrandi lector Minorum dixit ipsum fore relapsum, sed perpetuo carceri man-**F° 169 r°** cipandum.

Frater Natalis et Frater Nicholaus Gasinhola ordinis Sancti Augustini dixerunt se tenere in et cum opinione prioris de Salviano predicti et magistri Arnaldi Assalliti.

Magister P. Columbi idem dixit ut proximo predicti cum dicto priore de Salviano.

Frater Petrus Atfredi dixit ipsum non esse relapsum sed carcere puniendum.

Dominus Andreas de Rivilis dixit se tenere cum consilio magistri Pontii Fabri quantum ad penam, sed non audet eum simpliciter dicere relapsum.

Magister Berengarius de Vallano dixit ut magister Pontius Fabri.

Magister Ioannes Audini dixit quod reputat eum fore relapsum, sed quia non constat de commissione diocesani facta inquisitori Massiliensi, coram quo ipse Frater P. adiuravit<sup>129</sup>, idcirco dixit quod sibi videtur quod dicta sententie de iure non tenet, et sic non esset relapsum.

Mmagister Ioannis de Salvanhano dixit se adherere opinioni prioris de Salviano si secundum iura dixerit, alio- **F° 169 v°** quin nequaquam. Post hec autem mutavit opinionem, adhesit opinioni advocati regii predicti.

Magister Raymundus Andree dixit quod quia sententiam reputat nullam, idcirco non reputat eundem Fratrem Petrum fore relapsum, sed tanquam confessum primo de heresi posse puniri.

Frater Guillelmus Afiaci ordinis Predicatorum dixit se tenere cum dicto et consilio domini Frischii et domini Ioannis de Sancto Valerio.

Frater Iacobus de Chamayo Rumilliachi monachus tenuit se cum domino Frisco,

---

<sup>129</sup> Corr.: abiuravit.

tamen de misericordia supplicavit.

Petitum et prestitum fuit premissum consilium presentibus magistro Ioanne Fabri et Raymundo Matfredi notario testibus ad premissa, et Fratre Nicholao Bierner ordinis Predicotorum, et magistro Menneto de Roberticuria notario Tullensis diocesis auctoritate apostolica et officii Inquisitionis qui interfuit et hoc scripsit in nota de mandato dicti domini **F° 170 r°** inquisitoris, vice cuius scilicet magistri Menneti predicti et de mandato dicti domini inquisitoris ego Ioannes de Ongione clericus Trecensis diocesis predicta de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

Postque licentiatis religiosis aliquibus et iurisperitis de consilio predicto sesedentibus ipsorum dominorum episcopi et inquisitoris, et remanentibus in ipso loco magna parte ipsorum et maiorum ac peritorum, deductis in discussione opinionum predictarum multis rationibus hinc et inde allegatis, tandem fuit conclusum quod propter diversitatem opinionum predictarum mittendum sit apud Tholosam vel in Montempessulanum vel Avignonem vel expectetur usquaque<sup>130</sup> fiat sermo in Carcassona ad habendum pleniorum deliberationem et consilium, quia in facto predicto consulendum de iure antequam à sententiam procedatur.

Actum anno, indictine, die, pontificatu et loco **F° 172 v°** predictis, et presentibus testibus et notariis antedictis, et dicto magistro Menneto notario predicto qui hoc scripsit in nota, vice cuius ego predictus Ioannes de Ungione scripsi fideliter hic premissa.

---

<sup>130</sup> Sic.

(IOHANNES ROGERII PRESBITER)

**F° 171 r°** In nomine Domini amen. Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi quod anno Domini millesimo trigesimo vicesimo nono, die sexta iunii, inductione duodecima, pontificatu sanctissimi Patris et domini domini Ioannis providentia divina pape vicesimi secundi anno decimo tertio, dominus Ioannes Rogerii presbiter de Auriacho diocesis Tutellensis beneficiatus in Ecclesia Bitterrensi constitutus in iudicio in aula episcopatus Bitterrensis **F° 171 v°** coram reverendo Patre domino Guillelmo Dei gratia episcopo Bitterrensi, et venerabili et religioso viro Fratre Henrico de Chamayo ordinis Predicatorum inquisitore heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputato, gratis et sponte et ex certa scientia abiuravit et renegavit ac anathematisavit omnem heresim, credentiam, fautoriam, defensionem, associationem, participationem, receptionem, celerationem, occultationem et omnem cohabitationem et convictum quorumcumque hereticorum cuiuscumque secte per Ecclesiam dampnate et specialiter begguinorum in provincia Narbonenei et alibi combustorum, et etiam Fratrum Minorum Massilie combustorum, qui se Spirituales cognominabant, et alias omnem heresim, credentiam, fautoriam, receptionem et omnem participationem quorumcumque hereticorum **F° 172 r°** tam manicheorum quam begguinorum quam aliorum cuiusque secte existant, et quibuscumque nominibus censeantur, sub pena que de iure debetur relapso in heresim solemniter abiurata.

Item promisit ad sancta Dei evangelia prosequi eos, detegere et reelare, capere vel capi facere ubicumque sciverit eos latitare.

Item promisit et iuravit tenere fidem catholicam et doctrinam sanam quam sancta romana Ecclesia predicit atque docet, et completere pro posse penitentiam sibi iniungendam.

Acta fuerunt bec in aula episcopali Bitterrensi anno, inductione, die et pontificatu predictis, presentibus venerabilibus et religiosis viris domino Andrea Dei gratia abbe secularis Ecclesie Sancti Affrodisii Bitterrensis, Bernardo Caboti officiali Bitterrensi, Andrea de Rivas et Prisco Richomanni Legum doctore testibus ad premissa vocatis, et magistro *F° i72 v°* Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis publico apostolica et regia auctoritate notario qui interfuit et bec in nota scripsit requisitus, vice cuius et de mandato domini inquisitoris predicti ego Ioannes de Ongione predicta de nota extraxi et hic fideliter ea scripsi.

---

AUDITION<sup>131</sup>

---

<sup>131</sup> Sic Doat.

Ioannes Rogerii presbiter constitutus in iudicio et iuratus dicere veritatem, dixisti te comedisse, vidiſſe et pransum fuisse cum Petro Trencavelli in doco Ioannis Adzorici presbiteri in eadem mensa, post dicti Petri contumaciam et fugam.

Item confessus fuisti quod dictus Petrus Trencavelli dixit tibi in dicta domo quod volebat ire in alumniā<sup>132</sup> visitandum quemdam Fratrem vocatum Sermanum<sup>133</sup>, et quod ipse Petrus Trencavelli tradidit tibi quedam scripta in quibus **F° 173 r°** quedam glose super Psalterio continebantur, que facte fuerunt per Fratrem Petrum Ioannis, que quidem scripta tenuisti et in parte legisti.

Item cum fuisses interrogatus quia dictum Petrum celavisti et eius non manifestasti presentiam domino episcopo vel curialibus eiusdem, postquam sciebas eum fugitivum et contumacem in facto fidei, dixisti quod propter negligentiam et fatuitatem et pariter quia ipsum visitasti, et quia tunc non manifestasti.

Item confessus fuisti de Fratribus Minoribus, begguinis et begguinabus condempnatis et combustis Narbone, Massilie, Bitterris et alibi pro erroribus et heresibus quos incorrigibiliter tenebant, quod licet interdum ymagonatus fueris quod iniuste fuissent condempnati et combusti, et interdum quod iuste, nunquam tamen firmasti te nisi in eo quod sancta Ecclesia ordinavit, nunc et tempore confessionis tue, credis firmiter ut dixisti ipsos iuste per Ecclesiam **F° 173 v°** condempnatos fuisse et dampnatos perpetuo in infernum.

Item confessus fuisti quod videtur tibi quod R. Amalfredi presbiter loquens tecum dixit quedam verba que quasi videbantur sonare quod libenter tibi de ossibus seu cineribus dictorum condempnatorum et combustorum recipere velles, propter que dixisti ipsi presbitero quod reputabas ipsum fatuum et dementem. Que nulli revelasti propter negligentiam, ut dixisti.

Item confessus fuisti quod audisses in quodam festo Pasche domini quod Ioannes Adzorici presbiter erat captus et quod immurabatur, quod multi erant capiendi, timens de te ipso, constituisti te in fugam et apud Falgorum latitasti.

Item confessus fuisti te dixisse cum essemus turbatus cuidam clero tecum moranti quod melius erat tibi fugere quod si negares Deum et penitere predicta dixisse.

Item pluribus personis fugam tuam manifestasti et **F° 174 r°** plures rogasti quod te absconsum tenerent in domibus seu locis suis.

Item confessus fuisti quod non eras intentionis redire de presenti sed quod proponebas ire usque ad terram tuam ad domum matris tue.

Item dixisti te dixisse pluribus quod scripta Fratris Petri Iohannis videntur sonare captionem factam de Fratribus Minoribus et begguinis.

Item confessus fuisti te dixisse ad alios redeundo, ut credis, quod dominus papa erat misticus antichristus. Non tamen dabas fidem nec intelligis, ut dicis, quid est dictus misticus antichirstus, et quibusdam qui te interrogabant quid sonat misticus antichristus respondisti te nescire.

Item confessus fuisti te credere dixisse quod carceres impleri debebant Fratribus sustinentibus paupertatem, et illorum vitam quam Fratres Minores sustinebant.

Item confessus fuisti quod predictis verbis dabas fidem, quia videbas et audiebas eos capi quotidie.

Item confessus **F° 174 v°** fuisti te legisse diversa scripta in domo domini Ioannis Adzorici, videlicet librum de Questionibus et duos vel tres quaternos de Sermonibus et glosis super Danielem, editis ut dicebatur per Bartholomeum Sicardi ordinis Minorum.

Item unam compilationem factam per Fratrem Petrum Ioannis et contra paupertatem et plura alia de quibus dicis te non recordari quid continebatur in eis, nec vidisti in eis aliquid contra fidem seu suspectum de fiāe quod intelligeres.

<sup>132</sup> Corr.: Alemaniam;

<sup>133</sup> Corr.: Germanum ?

Item fuit tibi dictum quod dicta scripta remanserant de omnibus illis libris et tota scriptura facta per Fratrem Petrum Ioannem quos et quam plicaverant; arbitraris etiam quod fuit dictum tibi quod dicti libri portati fuerant per dictum Petrum Trencavelli ad domum Ioannis Adzorici presbiteri.

Item confessus fuisti quod cum visitasti Petrum Trencavelli sciebas ipsum exivisse carceres dicti domini inquisitoris, alias non eras certus si cum gratia **F° 175 r°** domini inquisitoris vel quomodo dictus P. exivit. Confessus fuisti etiam quod sciebas dictum Petrum latitare et quod non audebat palam et publice ire, propter que suspicabarist dictum Petrum Trencavelli arrestum domini inquisitoris fugisse.

Item confessus fuisti, addendo confessatis per te super fuga in festo Pasche Domini per te facta quod ideo constituisti te in fuga quia participavera cum Petro Trencavelli presbitero et ex hoc sciebas incarcerari et detineri.

Item confessus fuisti propter participationem quam feceras cum dicto Petro Trencavelli credebas te esse excommunicatione ligatum.

Item immiscivisti te dictis non obtenta de hoc speciali obsolatione pretextu generalis licentie quam dicebas te habere a domino Bitterensi episcopo quod posses eligere confessorem, cuius licentie auctoritate accessisti ad dominum Girbertum Natis presbiterum, qui tibi in quantum in eo fuit absolutionis beneficium impendit, non **F° 175 v°** autem expressisti dicto presbitero quod cum dicto Petro Trencavelli participasses, sed dixisti in genere quod cum quodam excommunicato participavera.

Item fuisti confessus quod si aliquis alias fautor seu defensor dicti Petri veniret ad te pro petendo absolutionis beneficio, quod tu eum absolveres, credens habere potestatem, pretextu commissionis casuum per dominum episcopum tibi facte.

Item penitet te de commissis, et petis veniam et suponis te correctioni, emendationi et misericordie sancte romane Ecclesie et dictorum dominorum episcopi et inquisitoris, et offers te paratum recipere humiliter et perfecte complere quamcumque penitentiam tibi imponendam.

---

Postque anno, indictione **F° 176 r°** et pontificatu, anno predictis, die septima mensis iunii, prefatus dominus inquisitor in aula Bitterris episcopi vocato ad sui presentiam et in iudicio constituto coram eodem domino Ioanne Rogerii presbitero predicto pro predictis per eum confessatis coram commissariis eiusdem et postea coram ipso domino inquisitore, in iudicio recognitis et confessatis, prout in suis confessionibus, correctionibus et additionibus plenius continentur, eidem domino Ioanni, auctoritate apostolica sibi concessa et vice ac auctoritate dicti domini episcopi sibi in hac parte remissa, pro penitentia et loco penitentie iniunxit penitentias que sequuntur, videlicet :

Quod per septem annos inmediate sequentes una die de qualibet septimana ieunet, nisi fuerit infirmitate vel itineris labore gravatus, quibus casibus vel eorum alteri sex denarios amore Dei habeat pauperibus erogare, vel in septimana alia se- **F° 176 v°** quenti duobus diebus, una scilicet pro preterita recompensa et alia pro ipsa septimana etiam.

Item quod pro universali statu sancte matris Ecclesie romane et domini summi pontificis per dictos septem annos qualibet ebdomada dicat seu celebret unam missam de feria vel de festo, seu in commemoratione cuiuslibet sanctorum, quem duxerit eligendum, et si in una ebdomada interveniente causa et excusatione legitima a prefata misse celebrationem cessaverit, in ebdomada sequenti ipsam recompensemset..

Item quod infra duos annos a data presentium computandos dare habeat et solvere triginta libras turonenses parvorum per manus venerabilis Patris domini Andree Dei gratia

abbatis Sancti Affrodisii Bitterris et prioris Fratrum Predicotorum Bitterrensum in pios usus misericorditer dispensandas, de quibus die secunda etiam satisfecit complete.

Item quod infra instans proximo festum **F• 177 r•** Omnia sanctorum quoddam beneficium quod habet in Ecclesia cathedrali Bitterrensi habeat cum alio beneficio in altera dioecesi permutare.

Preterea persecutur hereticos, credentes, fautores et defensores eorum et fidem catholicam tueatur, usuras et rapinas per se vel alium non exercet et restituat si recepit, auguria, divinationes et sortilegia non observet, ab omni servili opere abstineat ac diebus dominicis et festibus colendis et in eisdem festivitatibus sermonem audiat ex integro, nisi legitime valeat excusari.

Hec autem sibi iniunxit auctoritatibus quibus supra, retenta sibi et suis successoribus libera potestate augendi vel minuendi predictam penitentiam sive partem et eam totaliter remittendi, si et quando sibi vel suis successoribus visum fuerit expedire.

Actum et datum Bitterris sub Nostri appositione sigilli die lune quinta iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo **F• 177 v•** nono

Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, inductione duodecima, die quinta iunii, pontificatus sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno decimo tertio, revenrendus in Christo Pater dominus G. Dei gratia episcopus Bitterrensis existens in camera sua apud Bitterrim, presente ibi venerabili et religioso viro Fratre Henrico de Chamayo ordinis Predicotorum, inquisitore ... residente<sup>134</sup>, pressente ibidem me notario et testibus infrascriptis, commisit eidem domino inquisitori totaliter vices suas in absolutione danda et penitentia sententialiter imponenda prefato **F• 178 r•** domino Rogerii, de et super omnibus suprascriptis et aliis per eundem dominum Ioannem Rogerri coram ipso domino episcopo et eius vicariis iudicialiter confessatis, mandans dictus episcopus et idem dominus inquisitor requirens de commissione huiusmodi recipi et fieri per notarium infrascriptum et reddi publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec in presentia et testimonio venerabilis Patris domini Andree Dei gratia abbatis Sancti Affrodisii Bitterris, Fratris Nicholai Biernene socii dicti domini inquisitoris, domini Iacobi de Chamayo prioris Rumiliaci monachi celle Trecensis, domini Andree de Rivilis et magistri Raimundi Matfredi vicarum dicti domini testium ad premissa vocatorum et rogatorum, et magistri Menneti de Roberticuria Tullensis diocesis publici auctoritate apostolica notarii et inquisitionis officii qui premissis interfuit, et hec **F• 178 v•** scripsit in nota.

---

<sup>134</sup> Ut supra.

(SERMON DE CARCASSONNE

8-10 SEPTEMBRE 1329)

**F• 179 v•** In nomine Domini amen. Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi quod anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione duodecima, die veneris in festo Nativitatis beate Marie virginis mense septembris<sup>135</sup>, pontificatu sanctissimi Patris et domini domini Ioannis divina providentia pape vicesimi secundi anno quartodecimo, venerabilis et religiosus vir Frater Henricus de Chamayo ordinis Predicorum inquisitor heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatus convocayit in aula domus Inquisitionis Carcassone prelatos, seculares, religiosos, consiliarios, advocatos et peritos ad habendum consilium in negotio fidei et specialiter in factis infrascriptis **F• 180 r•** quorum consiliariorum nomina sunt hec :

Venerabilis Pater dominus Guillelmus, permissione divina abbas Crassensis, commissarii per dominos episcopos eorum dominos litteratorie deputatos<sup>136</sup> Ioannes Castanherii precentor Sancti Affrodisii Bitterrensis, Hugo de Fontenellis Albiensis, Guillelmus de Albussachis Carcassonensis, Bernardus Caboti Bittèrensis, Galhardus de Sancto Michaele Electensis, Hugo Augerii Narbonensis, utriusque juris professor, consiliarii Bernardus de Auriacho canonicus Montisregalis, Guillelmus de Duroforti rector ecclesie de Redorta, Vasco de Ruppe camerarius Montisolivi licentiatus in Decretis, Friscus Richomanni Legum doctor, Bernardus Taurelli, P. Raimundi de Ovilliano, licentiatus in Legibus, Ioannez de Sancto Valerio Legum doctor, Philippus Philippi, Bernardus Vergilli, Laurentius Bertrandi, **F• 180 v•** Guillelmus Sanchis, Guillelmus de Olargiis, Philippus de Tornayo, Michael Raynaudi iurisperiti, P. Andree licentiatus in Legibus, Raymundus Andree iurisperitus, dominus Leo de Caseollis Legum doctor, P. Dosseti iurisperitus de Albia, dominus Hugo de Sancto Felice prior Mansi, Arnaudus Pomar archipresbiter, Bertrandus de Gluyano sacrista, Frater B. Sabaterii prior Tholosanus, Paulus de Alanhano ordinis Predicorum, Raymundus de Montelongo, Bernardus Ripparia ordinis Minorum, prior, lector ordinis Carmelitarum, Amorandus rector ecclesie de Badinchis, Arnaudus de Namiella, Guillelmus Regis, Ioannes Alpharici, Guillelmus Montanherii, consules Carcassonne, Hugo de Carrollis Legum doctor, Andreas de Quadrellis senescallus Carcassone, Bernardus Veyriaudi iudex maior, Bernardus de Monteideo iudex ordinarius, Ioan- **F• 181 r•** nes Bonaventura iurisperitus, Iordanus Terreni, P. Berta iurisperitus, Ioannes clericus domini Regis commissarius, P. Guillelmi prior et lector Fratrum Augustinorum Carcassone, dominus P. de Caunis archipresbiter Regalismontis, Guillelmus Arnaudi de Corneliano Legum doctor, Bernardus Alpharici iurisperitus,

Qui omnes superius<sup>137</sup> manibus elevatis ad librum EvangeliorUffi, iuraverunt ad sancta Dei Evangelia dare bonum et sanum consilium unusquisque secundum conscientiam etiam<sup>138</sup> scientiam a Domino eis datam et tenere sub secreti silentio que ibidem agentur et tractabuntur donec fuerint publicata.

<sup>135</sup> 8 septembre 1329.

<sup>136</sup> Corr.: deputati.

<sup>137</sup> Adde: nominati.

<sup>138</sup> Corr.: et.

Et ibidem lecta exposita extractione seu abreviatione confessionis **Guillelme de Barbarano** diocesis Carcassone de Comellis, habitatrixis Barbarani, omnes consiliarii superius nomiaati usque ad dominum Hugonem de Corrollis exclusive dixerunt eam tanquam credentem hereticorum fore **F• 181 v•** perpetuo carceri mancipandam.

Item super culpa **Raimunde Jeume uxoris Guillelmi Jeunii<sup>139</sup> de Saxiacho** diocesis Carcassone, **Guillelme** eius filie, **Pontii** eius fratris, omnes concorditer excepto magistro Guillelmi qui nondum venerunt<sup>140</sup> dixerunt eamdem et liberos eius fore credentes errorum et heresim<sup>141</sup> et tanquam tales perpetuo immurandos. Tamen cum liberis predictis mitius est agendum.

Item super culpa *Durandi de Cereriis* omnes concorditer dixerunt tanquam credentem erroribus et heresibus fore perpetuo immurandos.

Item super culpa **Guillelmi Serra de Carcassone, Adam de Conchis** concorditer nullo discrepante iudicaverunt eosdem tanquam relapsos in heresi sententialiter iudicandos.

Item super culpa **Rixendis uxoris quondam Castelli Fabri** de Carcassona dixerunt eam fore exhumanandam.

Item super culpa **Geraldi F• 182 r• Galhardi** omnes concorditer dixerunt ipsum nonobstante dicta littera fore exhumandum et ignibus concremandum.

Item super culpis **Bartholomei Patris, Raimundi Garrigas** dixerunt concorditer propter gratiam eis promissam fore misericorditer agendum et eis parcendum a pena confusibili et gratiam facere de bonis.

Item super culpa **Bernardi Vauri de Albia** dixerunt ipsum perpetuum carceri mancipandum.

Item super culpa **Raymundi Boerii de Villamanha** diocesis Bitterrensi ...<sup>142</sup> exceptis Ioanne Bonaventura officiali Carcassone, Bertrando de Auriacho, Bertrando de Gluyano, Arnaudo de Pomariis predictis, qui recesserant de consilio predicto.

Petitum et prestitum fuit prescriptum consilium anno, indictione, pontificatu et loco predictis, presentibus religiosis viris Fratribus **F• 182 v•** Ioanne Stephani ordinis Predicotorum et Nichoalo de Bierna socio dicti domini inquisitoris, magistris Raymundo Folcaudi et Arnaudo Assalliti procuratoribus regiis, P. Boerii, Bartholomeo Adalberti et Arnaudo Sicredi notario<sup>143</sup>, testibus ad premissa vocatis, et magistro Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis publico auctoritate apostolica et officii Inquisitionis notario, qui premissa manu propria scripsit in nota de mandato dicti domini inquisitoris, et ego Ioannes de Ongione predicta de predicti magistri Menneti voluntate de sua nota extraxi et ea de mandato dicti domini inquisitoris vice dicti magistri Menneti fideliter hic transcripsi.

---

<sup>139</sup> *Sic.*

<sup>140</sup> *S ic.*

<sup>141</sup> *Corr.: heresum.*

<sup>142</sup> *Lacune*

<sup>143</sup> *Corr.: notariis.*

Postque anno quo supra, die sabbati crastina convocatis iterato consiliariis supradictis, excep- **F° 183 r°** tis dominis officiali Carcassone, Bertrando de Auriacho, Arnaudo Pomar., Hugone de Sancto Felice, Guillelmo de Sanchis, Guillelmo de Varquone, Michaele Raynaudi, Leone de Caseolis, Philippo de Bordis, Beraudo de Monteiudeo, P. Barta, P. Guillelmi et paucis aliis qui de mane fuerant et in vesperis minime redierunt nec interfuerunt, necnon presentibus ibidem aliis dominis infra proximo nominatis, videlicet :

Reverendo Patre domino Bartholomeo Dei gratia Electensi episcopo, dminis Arnaudo Scaboti Legum doctore, Hugone Auterii officiali Castrensi, domino Olivario rectore Ecclesie de Pomariis et quibusdam aliis consiliariis infrascriptis.

Et ibidem fuit dictum concorditer quod omnes qui confitentur credentiam errorum vel hereticorum perpetuo immurentur.

Et ibidem recitata culpa **Isarni Raymundi de Albia** omnes concorditer dixerunt **F° 183 v°** eum esse convictum sufficienter et per confessionem suam, et dixerunt eum tanquam inpenitentem condempnandum.

Item recitata culpa **Ioannis Panhon castellani de Lomberiis, Bertrandi perfecte<sup>144</sup>** et **Guilloti de Cabestenchis** iudicaverunt eos tanquam impeditores officii Inquisitionis et fautores hereticorum fore penitentia arbitraria puniendos. Dictum tamen Iohanne Panhon gravius aliis puniendum illo scilicet excepto dicto domino Guillelmo de Duroforti, qui iudicavit eundem Ioannem Panhon immurandum, et dictus dominus Friscus se tenuit cum eisdem.

Item magister Bernardus Cautelli idem dixit cum domino Frisco.

Item magister P. Raymundi de Oviliano, P. Andree, Ioannes de Sancto Valerio Legum doctor, B. Caboti officialis Bitterensis, P. Dosseti, Arnaudus Scaboti iudex maior, dominus Senescallus Philippus de Cortenay **F° 184 r°** Ioannes Bonaventura, Amorannus de Badinchis, omnes isti dixerunt et concorditer tenuerunt se cum domino Guillelmo de Duroforti et Arnaudo Scaboti et maior pars consilii stetit cum eisdem.

Dominus Bernardus Fontisgrive idem; paucis aliis dicentibus eos pena arbitraria puniendos.

Dominus tamen episcopus Electensis non dedit consilium in istis nec aliis.

Item r̄ecitatis ibidem culpis **Ioannis ùe Alnayo, Roberti de Olargiis de Bitterris, Bartholomei Iordani, P. Laurentii de Carcassona, Guidonis de Granceyo** super quibus dominus Guillelmus de Duroforti dixit primus quod prefatum magistrum Ioannem tanquam falsarum et principem falsitatum ac concussorem fore graviori pena que possit inferri citra mortem sententialiter puniendum, necnon et ipsos Robertum, et Bartholomeum similiter falsarios gravi **F° 184 v°** pena carceris, mitiori tamen pena quam arios fore judicialiter puniendos; dictumque Perrotum Laurentii sicut ipsum Ioannem de Alnayo aut modicum levius puniendum; predictum quoque magistrum Guidonem omnibus aliis mitius puniendum.

Dominus Arnaudus Scarboti se tenuit cum eodem domino Guillelmo quantum ad penas, licet de concussione differentiam aliquam interseruerint in suis dictis.

Dominus Guillelmus de Villaribus iudex criminum Tholose idem conclusit de Ioanne, Roberto, Bartholomeo et Perroto predictis, ac etiam de Guidone mitius puniendum.

Dominus officialis Albiensis, magister Ioannes clericus regius, dominus officialis Castrensis, Frater Guillelmus Ribeyra, lector, Philippus Philippi, P. Messerii, dominus Friscus Richomapni quantum ad quatuor primos idem, **F° 185 r°** dixerunt sicut prescripti. De Guidone vero dixit ipsum pena arbitraria puniendum

<sup>144</sup> Corr.: Fabri.

P. Andree, officialis Bitterrensis precentor Sancti Affrodisii, advocatus regius Carcassone, camerarius Montisolivi idem de quatuor primis, sed de Guidone pena arbitraria puniendum.

Frater Paùlus lector idem sicut camerarius.

Dominus Hugo de Carrollis sicut dominus Guillelmus de Duroforti et quod pena publica puniantur.

Dominus Fontisgrive Legum doctor idem de omnibus, exceto Guidone quem dixit pena arbitraria puniendum.

Bernardus Taurelli dixit sicut dominus Guillelmus de Duroforti.

P. Raymundi de Avelliano dixit idem de quatuor primis; de Guidone vero mitius agendum.

Et interrogatum generaliter totum consilium si erat aliquis qui contradiceret, respondit totum consilium concorditer nullo discrepente ut dominus Guillelmus de Duroforti et Arnauds Scarboti dis- **F° 185 v°** tinguendo ut supra.

Item de **Bernardo Pastoris, Guillelmo Vascon, Ioanne Kauranni, Humberto de Rupefixa, Raimundo Caplien, Guillelmo Benedicto de Casulis de Pesenatio**, concorditer fuit dictum per totum consilium quod perpetuo immurarentur et in scalis

Item super culpa **Guillelme Cathalane de Brassiachis** omnes concorditer dixerunt eam tanquam impenitentem, nisi confessa fuerit, sententialiter condempnandam, excepto domino Guillelmo de Duroforti qui dixit se non credere factum huiuamodi esse hereticum.

Item super culpa **Raymunde uxoris B. Afruffati** relapse impenitentis.

Item super culpa **Limosi Magistri<sup>145</sup> de Sancto Paulio** impenitentis, relinquendos Curie seculari.

Hoc consilium fuit prestitum pressntibus testibus superius nominatis et notariis superius nominatis, et magistro Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis, publico apostolica auctoritate no- **F° 186 r°** tario qui scripsit in nota, vice<sup>146</sup> et de voluntate domini d inquisitoris ego de Ongione predicta de nota extraxi et hec fideliter hic transcripsi.

Postque eadem die post prandium. convocatis iterum in dicta aula consiliariis proximo nominatis, habitum fuit consilium super negotiis personarum inferius insertarum :

Primo super facto **Guillelme Richardonis de Villanova** concorditer dixit totum consilium eam fore sententialiter immurandam tanquam credentem.

Supee facto **Stephane Benete de Sancto Micaele de la Cadyera** diocesis Nemausensis habitatrixis **Montispessulani** omnes concorditer ad murum.

Super facto **Fratri Bartholomei Bruguyera** ordinis Minorum dixerunt ut sequitur : Officialis Narbone. Germanus de Alanhano dixerunt eum immurandum.

Officialis Castrensis dixit eum immurandum, tamen si dominus inquisitor deferendum du- **F° 186 v°** xerit quod ipsum puniat ad partem non in publico sermone.

<sup>145</sup> Corr.: Negri.

<sup>146</sup> Adde: cuius.

Iudex criminum Tholose dixit eum publice immurandum quia publice deliquit et quia dominus papa mandavit.

Dominus Guillelmus de Duroforti dixit eum tanquam credentem et dogmatizantem errores fore sententialiter imrurandum. Tamen si videatur domino inquisitori, quod habeat ipse Frater revocare in publico sermone ea que predicavit.

Dominus officialis Electensis dixit eum publice immurandum.

Dominus Olivarius rector de Pomaribus tenuit se cum dicto domino Guillelmo de Duroforti.

Dominus officialis Biterrensis dixit eum fore sententialiter

Dominus Ioannes de Castanherio precentor Sancti Affrodisii dixit idem quod dominus Guillelmus de Duroforte.

Magister Bernardus Alpharici dixit de publica revocatione et postea inmuretur.

Magister P. Martini iurisperitus Narbone dixit eum fore sententialiter immurandum, et quod publico habeat predicare.

Magistri **F• 187 r•** Laurentius, Philippus Philippi, P. Flasserii, Hugo de Carrollis, Friscus Richomanni, camerarius Montisolivi, Ioannes de Sancto Valerio, Bernardus Taurelli, P. Raymundi de Ovilliano dixerunt dicti domini novem proximo nominati, allegatis multis rationibus et causis, et specialiter quod ipse Frater Bartholomeus Bruguieyra publice predicavit et dogmatizavit errorem et impinxit in caput sancte matris Ecclesie et cum scandalo populi catholici, et maxime attento domini nostri pape mandato dicto domino inquisitori directo, concluserunt eundem fore publice puniendum et debere publice revocare et predicare, et esse perpetuo immurandum.

G. de Sahanano, P. Dosseti, lector de Carmelo dixerunt ut supra proxime nominati.

Super culpa **Ioannis Alanhan notarii Bitterrensis, Guillelmi Blanchi, P. Amatfredi de Sancto Genesio**, quod inmurentur ut falsum denuntiantes.

**Giletis Porquerii** mercerius Bitterrensis pena **F• 187 v•** arbitraria

A predicto consilio recesserunt dominus Friscus, Hugo de Carrollis, iudex criminum Tholose, et iudex maior Carcassone.

Super facto **P. de Medoricis de Regalimonte** concorditer dixerunt esse probatum et ipsum per consequens exhumandum.

Super facto **Bernardi Cazas, Raymundi Fumeti, Guillelmi Ademarii, et Raymundi de Raone** defunctorum de Albia, concorditer diterunt esse probatum et eos esse exhumandos: Item dixerunt quod in similibus simile fiat iudicium iuxta consilium supradictum.

Habitum fuit consilium prescriptum presentibus mctgistris Raymundo Folcaudi, Arnaudo Assalliti, procuratoribus regiis, et magistro Arnaudo Sicredi notario predicto, testibus ad premissa vocatis, et magistro Menneto de Roberticuria notario predicto qui hec scripsit in nota ad mandatum et requisitionem domini inquisitoris, vice et de voluntate cuius scilicet magistri Menne- **F• 188 r•** ti predicti ego predictus Ioannes de Ongione clericus Trecensis diocesis predicta de nota extraxi fideliter hic transcripsi.

(SERMENT)

In nomine Domini amen. Anno, indictione, die, loco et pontificatu antedictis, consules, nobiles et officiales regii et consules infrascripti existentes in platea mercati Burgi Casrcassone predicta coram reverendis Patribus dominis episcopis et dominis inquisitoribus ac commissariis et vicariis antescriptis, manibus elevatis ad librum Evangeliorum ibidem apositum coram eis, iuraverunt ad sancta Dei Evangelia et promiserunt et iuramentum prestiterunt in modum qui sequitur sub his verbis :

Nos Andreas de Cadrellis senescallus Carcassone, Hugo **F° 188 v°** Giraudi senescallus Tholosanus, P. de Vicinis dominus de Arquis miles commissarii regii, G. de Vicinis dominus de Mossolinchis, Ioannes de Ripparia dominus de Rupperallicita, Guiraudus de Vicinis dominus de Canesuspenso, Ioannes de Crupura constabullarius Civitatis Carcassone, G. de Villario iudex appellationum Tholose, Beraudus iudex ordinarius Carcassone, Guillelmus de Hornochio vicarius regius Carcassone, iudex maior Carcassone, Guillotus Amati domicellus, Adam Sanctii Pigarcias, G. Montanerii, Arnaudus Denamelha, Ioannes Ampharici, Arnaudus Fabri, Ioannes Penchenerii, G. Regis, Iacobus Beraudi consules Carcassone, iuramus per Deum super ista sancta quatuor Dei Evangelia quod de omnibus castris et villis nostris, locis et districtibus nostris dominio et iurisdictioni subiectis quandiu erimus domini et in officiis supradictis iuxta posse nostrum et offi- **F° 189 r°** trum pro defensione fidei et sancte romane Ecclesie stabimus et persecuemur hereticos, credentes, fautores, defensores, receptatores et nuntios eorum et pro heresi fugitivos et capiemus eos ...<sup>147</sup> sic Deus nos adiuvat et hec Evangelia Dei sancta".

Prestitum fuit hoc iuramentum anno, die, indictione, loco et pontificatu predictis, presentibus in Christo Patre domino B~rtholomeo Dei gretia episcopo Electensi, venerabilibus Patribus in Christo dominis Bertrando Sancti Hylarii, Sancti Policarpi, Dei gratia monasteriorum abbatibus, venerabilibus et discretis viris dominis Olivario rectore Ecclesie de Pomaribus, Arnaudo Sceraboti canonico Montisregali, Frisco Richoroanni Legum doctore, P. de Brenatio clérico domini Regis, Bartholoreeo Iacobi patrono causarum fiscalium in senescallia Carcassone, Bernardo Fontisgrive Legum doctore, P. de Caunis archipresbitero Regalismontis, Stephano rectore **F° 190 r°** Ecclesie de Pyzinchis, P. de Ponte, Ioanne Vergelii, Arnaudo Assalliti procuratore incursuum, P. Bonassie, G.Nadini, P. Boerii, Arnaudo Sicredi, Raimundo Foucaudi procuratore Regis, Ioanne Chamani notario, testibus ad premissa et multis aliis in multitudine numerosa, et magistris Menneto de Roberticuria Tullensis diocesis publico auctoritate apostolica et Batholoroeo Adalberti regia et Inquisitionis officiariis iuratis notariis qui premissis omnibus et etiam infrascriptis interfuerunt et de eisdem requisiti fuerunt simul aut divisim recipere publica instrument.

Magister vero Mennetus predictus notarins manu propria scripsit in nota, vice cuius et de ipsius voluntate et mandato dmmni inquisitoris ego Ioannes de Ungione predicta de nota extraxi et hic fideliter hec transcripsi.

---

<sup>147</sup> Ut supra.

(MONITIO)

**F° 190 v°** In nomine Domini amen. Cum negotium catholice fidei et orthodoxie in qua fundamenta Ecclesie sacrosancte a Domino Iesu Christo firmiter et solide sunt fundata, nullus christianus debeat impedire, imo potius totis viribus promovere, idcirco nos Fratres Henricus de Chamayo Carcassone et P. Bruni Tholosanus ordinis Predicorum inquisitores heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputati monemus ...<sup>148</sup> latas a canone incidisse publice nunciamus et etiam declaramus.

Lata fuit hec sententia anno, die, inductione, loco, pontificatu et presentibus prelatis, nobilibus, consulibus, iurisperitis, clericis, notariis et aliis superius nominatis in iuramento scripto tam in principio quam in fine et duobus notariis antedictis. Magister vero Mennetus predicta scripsit.

—  
(GRATIA DE CRUCIBUS DEPONENDIS)

**F° 192 r°** In nomine Domini amen. Anno, inductione, die, loco et pontificatu domini pape predicti facta fuit gratia de crucibus deponendis per prefatos dominos inquisitores seu commissarios alios superius nominatos prout eorum quemlibet tangit et ad eos potest et debet rationabiliter pertinere personis nominatis prout quemlibet eorum tangit, nichil immutando circa ea que personarum ipsarum litteris penitentiary et peregrinationum dudum eis impositorum plenius continetur, retenta tamen eisdem dominis inquisitoribus et commissariis et eorum successoribus in dicto officio libera potestate imponendi eisdem personis infrascriptis vel earum cuilibet cruce predictas vel similes etiam sine ulla nova causa vel culpa **F° 192 v°** si et quando visum fuerit eis expedire.

Nomina vero dictarum personarum quibus facta fuit gratia supradicta sunt hec :

**Margarita uxor Bernardi Salsinhano de Alaracho** dioceis Carcassone.

**Raimundus Emnas de Ripparia Cabareti** eiusdem diocesis.

**Iacoba Sabirorta**

**Agnes,Larona,**

**Isabellis de Bitterris, de Carcassona.**

**Raimunda uxor Raymundi Petri de Arquis** diocesis Electensis.

**Petrus Parent.**

**Iacoba uxor Iacobi Sabaterii.**

**Huga de Brachiachis** diocesis Castrensis.

Facta fuit gratia predicta predictis personis anno, die, inductione, loco et pontificatu predictis, presentibus testibus antea nominatis et notariis etiam antedictis.

—  
<sup>148</sup> Ut supra.

(EDUCTI DE MURO CUM CRUCIBUS)

**F° 193 v°** In nomine Domini amen. Nos Fratres Henricus de Chamayo Carcassone et P. Bruni Thalosanus inquisitores heretice pravitatis predicti, et Nos Bertrandus de Auriacho, Bernardus Caboti, officialis Bitterrensis, et Ioannes de Castanherio, Hugo Augerii officialis Narbo- **F° 194 r°** ne, Hugo de Fontanillis officialis Albiensis, et Hugo Augerii officialis Castrensis, comissarii auctoritatibus ordinariis in fidei negotio deputati,

attendentes quod infrascripte persone aliquandiu commorate fuerunt in muro eisdem dudum pro his que confesse fuerant se in crimine heresis comisisse sententialiter pro carcere assignato Nostris et Ecclesie humiliiter paruere mandatis, propter quod se fecerunt et reddiderunt merito dignas gratia aliquali, ipsas a muro predicto duximus misericorditer relaxandos, iniungentes eis et inponentes in commutationem penitentie sue seu pene dicti muri in aliam infrascriptam in et cum mis scriptis cruces et penitentias infrascriptas et que suarum penitentiarum littere eis tradende plenius continebunt, retenta Nobis et Nostris in hoc officio successoribus libera potestate seu facultate eas et earum quamlibet reducendi seu revocandi ad murum predictum, penitentiam aut in aliam cammutandi, aut etiam totaliter remittendi si et prout **F° 194 v°** Nobis vel Nostris successoribus visum fuerit expedire.

Nomina vero dictarum personarum quibus dictam gratiam facimus, et dictas cruces et penitentias infrascriptas imponimus, subiungimus et etiam àeclaramus, videlicet :

**Bernardus Castellon.**

**Ioannes de Petra de Montepessulano** diocesis Magualonensis .

**Raimudus Cathalanus.**

**Guillelmus Molinerii de Bitterris.**

**P. Fargas de Salvayracho** diocesis Castrensis.

**Germano<sup>149</sup> Frenerii de Carcassona.**

**Alissete Boneta,**

**Alazayci** eius socia habitatrixis<sup>150</sup> **Montispessulani** diocesis Magualonensis.

**Floris Barone de Montisregali** diocesis Carcassone.

**Ioannes Le Charon de Laugeneria.**

Cwn dictis crucibus imponimus et nomine penitentie iniungimus in detestationem criminis et erroris veteris in omni veste sua excepta camisia...<sup>151</sup> insuper et semel limina ecclesiarum beatorum apostolorum Petri et Pauli Rome, **F° 195 r°** beati Iacobi Compostelle in Galicia, beati Thome Canturiacensis in Anglia, Trium Regum in Colonia, sancte Marie de Podio, de Valleiridi, àe Tabulis in Montepssulano, de Serignano, de Ruppe Amatoris, de Parisiis, de Carnoto, de Pontizara, de Solhaco, de Bolonia supra mare, sancti Dyonisii, sancti Ludovici in Francia, sancti Egidii in Provincia, sancti Guilhelmi de Deserto, sancti Martialis, sancti Leonardi Lemovicensis diocesis **F° 195 v°** et sancti Vincentii de Castris. Visitent etiam dum vixerint annis singulis ecclesiam cathedralem sue civitatis...**F° 196 r°-v°** ...ad dictum carcerem reducendi.

Lata fuit hec sententia anno, die, inductione, loco pontificatu antedictis et notariis supradictis.

---

<sup>149</sup> Sic.

<sup>150</sup> Sic.

<sup>151</sup> Ut supra.

(CULPE)

**F• 198 r• Bartholomeus Paye à Albia** laicus sicut per ipsius confessionem sub anno Domini M°CCC°XX°VII° mense augusti et M°CCC°XX°VIII° mense ianuarii ractas in iudicio legitime Nobis constat, inductus per aliquas personas quas nominat que sibi dicebant hereticos esse bonos homines et eorum vitam, fidem et sectam commendabat, **F• 198 v•** et duos kex illis qui erant boni homines et sancti et amici Dei et dicebantur heretici et quos romana Ecclesia persequebatur, visitavit in domo dicte persone et alibi in octo loca predictos hereticos audivit dicentes se tenere viam Dei et apostolorwr, et quod nullus poterat salvari nisi in fide eorum, et quedam alia contra fidem catholicam audivit ab ore ipsorum et alias predicationes eorum erroneas de quibus non recordatur ad plenum, et edoctus et instructus per dictam personam eosdem hereticos flexis genibus et iunctis manibus adoravit dicendo "Benedicite", dictis hereticis ponentibus manus super caput eius et aliorum presentium qui eos adorabant et respondentibus "Deus vos benedicat".

Item de pane benedicto per hereticos comedit cum aliis. Et inter errores ab ipsis hereticis audivit quod sacramenta eucharistie et baptisci et alia Ecclesie sacramenta nulla erant **F• 199 r•** nec proriciebant à salutem animarum, quodque nullus salvari poterat in fide romane Ecclesie sed isti soli poterant salvare animas.

Predictos hereticos credidit esse bonos homines et se posse salvari in secta eorum, erroribusque predictis per eos predictatis credidit et in credentia stetit per octo annos sicut dixit.

Comittens hec a quadraginta et triginta quinque annis et citra ante confessiones per eum factas de predictis.

Dixit tamen se de predictis sacramentaliter se fuisse confessum cuidam cappellano qui consuluit sibi quod iret ad inquisidores ad confitendum de predictis, Venit tamen gratis sed tanto tempore tardavit et prima vice, licet sibi promissa fuisse gratia de pena confusibili et de bonis non revelavit omnia supradicta nec ita seriose detexit. Non tamen erat antea per aliquos testes delatus quod appareret.

Anno Domini M°CCC°XX°IX° die sexta **F• 199 v•** mensis septembris confirmavit.

**Raimundus Garriga** filius quondam Ioannis Gariga **de Albia** laicus per ipsius confessiones sub anno M°CCC°XX°VIII° in festo Cathedre sancti Petri<sup>152</sup> et anno M°CCC°XX°VIII° mense ianuarii<sup>153</sup> factas in iudicio legitime Nobis constat, vidit quod<sup>154</sup> hereticum quem adoravit dicente "Benedicite", a quo audivit verba que credidit fuisse contra fidem, quibus tamen verbis credidit nec unquam sacramentaliter de hoc confessus fuit, quia non credebat esse peccatum, et sic stetit sine confessione huiusmodi per quadraginta annos et plus.

Addidit que quod quadraginta anni sunt quod dictum hereticum ipse inductus per quemdam alium dicentem ipsum hereticum esse bonum et sanctum et tenentem viam Dei **F• 200 r•** et apostolorum, ivit ad visitandum et ipsum adoravit dicendo "Benedicite", et audivit ab eo verba contra fidem catholicam et romanam Ecclesiam, quibus verbis credidit.

Et fuit in credentia huiusmodi usque ad tempus predicte sue prime confessionis. Correxit tamen postea dictum suum de dicta credentia, dicens quod in huiusmodi credentia

<sup>152</sup> 18 janvier 1328.

<sup>153</sup> 1329 n.s..

<sup>154</sup> Sic.

fuit usque ad tempus quo quidam de Albia quos nominat pro crimine heresis fuerunt condempnati.

Item addidit quod ipse inductus predictum hereticum flectendo genua et dicendo "Benedicite" in quodam loco alio adoravit, et ibidem cum heretico predicto babit et comedit.

Venit tamen gratis, sed tanto tempore tardavit et prima vice, licet sibi promissa fuisset gratia de pena confusibili et de bonis, non revelavit omnia supradicta.

Dicit se penitere. Anno et die predictis confirmavit.

**Raimundus Boerii F° 200 v°** hostalarius de Villamagna laicus, sicut per ipsius confessionem sub anno Domini M°CCC°XX°IX° mensie iunii factam in iudicio legitime Nobis constat, hoc anno in quadragesima quibusdam servientibus comedentibus in domo sua dicentibus post multa verba quod Helya vererius quondam sicut hereticus condempnatus et combustus fuerat pulcher homo, respondit ipse qui loquitur quod etiam erat bonus homo, et dicentibus sibi dictis servientibus quo~ male dicebat, dicendo quod condempnatus per Ecclesiam esset bonus homo, respondit sicut prius duabus vicibus vel tribus quod dictus Helya erat bonus homo et frequenter comederat et biberat cum eo. Et dum uxor sua redargueret eum super verbis predictis et ipsum compelleret fugere de mensa, sibi tamen non adquievit, ipsam vituperans et maledicens quod sic redarguisset eundem.

Dicit tamen quod non dicebat ad defendendum dictum Helionem nec vilipendendum iudicium Ecclesie, sed sicut **F° 201 r°** fatuus qui audacter in domo propria loquebatur et sicut ille qui dictum ante suam condempnationem reputaverat bonum virum .

Late citatus venit, bis peieravit, et in carcere diu stetit antequam recognosceret veritatem.

Dominus **Durandus de Cereriis presbiter** diocesis Sancti Flori, sicut per ipsius confessionem sub anno Domini M°CCC°XX°VIII° mense novembris in iudicio nobis legitime constat, dixit se credidisse et adhuc credere quod anime parvorum quamvis immediate post baptismum susceptum decedant, et anime quorumque martirum, anime etiam quorumque in puritate anime et corporis in penitentia viventium habent necessario post mortem transire per purgatorium, leviter tamen et quasi volando, assignando causam dicti sui quia puer in peccato originali parentum, de quo Psalmista dicit : **F° 201 v°** "Et in peccatis concepit me mater mea<sup>155</sup>". Premissa etiam ita asserendo credebat quod cuidam paratori dicenti ieta esse confrafidem contradicebat, dicens se illa audivisse a meliori clero quod<sup>156</sup> esset dictus parator.

Item dicit quod purgatorium incipit in baptismo, et postea in aliis operibus penalibus, sive in quibuscumque bonis operibus, que fiunt in hoc mundo.

Dicit etiam quod quamcito homo nascitur et baptizatur incipit purgatorium. Dicit etiam quod purgatorium quod debent habere anime post decessum est in aqua vel in aere vel in igne, sicut et ibi Domino placet. In premiisis tamen omnibus adquiescit correctioni domini inquisitoris.

Item fugerat quamvis esset sub arresto domini inquisitoris, postea captus venit.

Item postquam correctioni dicti domini inquisitoris si<sup>157</sup> adquievisset, nondum tamen heresim abiurasset, iterato tenuit et defendit errores pertinaciter, et cum maxima difficultate potuit per **F° 202 r°** ipsum inquisitorem reduci ad cognitionem veritatis, nec ad hoc quod

<sup>155</sup> Ps 50,7.

<sup>156</sup> Sic.

<sup>157</sup> Corr.: sic.

vellet recognoscere se unquam habuisse in predictis heresim vel errorem.

Demum tamen supradicta omnia et omnem heresim solemniter iuravit, et postea aliquo intervallo dierum transacto, repetitus videbatur in signis et aliquibus verbis que preferebat adhuc tenere opiniones predictas, licet non diceret expresse. Penitet ut dixit.

Frater **Bartholomeus Bruguiere** per ipsius confessionem sub anno M°CCC°XX°VIII° mense februarii<sup>158</sup> factam in iudicio legitime Nobis constat, dixit quibusdam quos nominat : "Loquamus de istis papis", intelligendo sicut dixit de domino Ioanne papa vicesimo secundo et de illo ytalico sic intruso, et subiuxit in veritatem<sup>159</sup> modo :"dum missam celebrabam et fui in illo puncto in quo est orandum pro **F° 202 v°** papa nostro, steti ibi aliquandiu cogitans et hesitans, pro quo istorum paparum orare deberem, et dum sic stetissem per aliquod spatum, non procedens ultra, cogitavi quod unus illorum Ecclesie regimen usurpabat, alio existente vero papa, et idcirco voluit quod oratio mea esset pro illo qui iuste dictum regimen Ecclesie occupabat, quicumque esset ille," nec dicit quod determinasset se ad unum nec ad alium predictorum.

Item dixit duobus Fratribus Predicatoribus : "Vos alii Fratres habetis bonum tempus cum isto papa in istis partibus, et Fratres nostri malum, sed in Lombardia cum illo papa ytalico est totaliter e contrario."

Dixit etiam quod audiverat quod in creatione illius pape ytalici fuerant septuaginta prelati.

Item dum citatus veniret ad inquisitoris penitentiam, et iurasset ad sancta Dei Evangelia certa hora in eius penitentia comparere, hoc nonobstante non comparuit, sed abscondit se, nolens venire **F° 203 r°** ad inquisitoris mandatum.

Item frequenter audivit multos Fratres sui ordinis qui dicebant quod bene staret quod Deus daret domino Ioanni pape tales "faysandes" quod de negotiis sui ordinis quia videbatur dictis Fratribus quod dictus dominus papa non haberet aliquid pungere nec restringere nisi ordinem eorundem. Et dicit se ipsum dixisse predicta cum aliis. CausaD suam et dictorum Fratrum quare ista dicebant assignavit quia dominus papa revocaverat constitutionem per quam dicebant procuratores suos esse procuratores Ecclesie romane.

Item dixit quod audivit frequenter a multis Fratribus sui ordinis Michaelem quondam suum ministrum generalem esse iniuste depositum et excommunicatum.

Item dixit quod dum semel predicabat dixit ista verba : "Dicitur quod habemus duos papas, et tamen ego credo unum esse verum papam" et aliquibus verbis interiectis subiunxit hec verba : "*Tienhe sen donques an le plus F° 203 v° fort*", latine: "Teneant se ergo cum fortiori".

Item dixit quod dum semel in magna societate Fratrum diceret " Utinam iste antipapa esset de ordine Predicotorum vel de statu alio", respondit unus de Fratribus : "Plus volo quod dictus an:tipapa sit de ordine nostro, quia si esset de statu alio, tunc nec ipsum nec istum Ioannem papam haberemus amicum, et saltem istum ytalicum habemus amicum". Cuius dicto aplauserunt omnes presentes, dicentes: "Bene comedit se et rodit semetipsum modo iste papa Ioannes", et videbatur ipsi qui loquitur, sicut dixit, quod de ruine, infortuniis et tribulationibus Ecclesie que domino Ioanni pape contingebant tempore sue regiminis multum gaudebant.

Hec omnia audivit ipse qui loquitur nec revelavit.

Item mense madii sequenti ipse predicta verbe. que debuit dicere in sermone, videlicet "habemus duos papas, teneamus nos cum fortiori", revocat tanquam falsa confessata per eundem. **F° 204 r°** Quam confessionem fecerat, sicut dicit, metu carceris et cathene et ieunii panis et aque, de quibus sibi plurimum minabantur ut dixit.

<sup>158</sup> Février 1329 n.s..

<sup>159</sup> Corr.: veeritatis ?

Premissa omnia alia asserit esse vera, Dicit tamen quòd istis non obstantibus nunquam credit quin dominus noster papa Ioannes vicesimus secundus esset verus papa.

Postque anno quo supra die nona septembris, sentiens et videns se convictum per testes super verbis predictis in ipso sermone prolatis, rediit ad confessionem predictam et ab ipsa revocatione penitus resilivit, et se supposuit misericordie inquisitoris.

**Bernardus Pastoris de Marcelhano** mercator habitator Pedenacii diocesis Agathensis, sicut per ipsius confessionem sub anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>IX<sup>o</sup> mense maii decima nona die **F<sup>o</sup> 204 v<sup>o</sup>** factam et processum inde habitum appetet, veniens spontanea voluntate, non vocatus nec citatus per episcopum nec inquisitorem, sed per aliquos alias complices suos inductus in domo episcopali Bitterris ubi tunc Nos, Prater Henricus de Chamayo ordinis Predicotorum inquisitor Carcassone eramus, quandam papiri cedulam scriptam Nobis pressntari et tradi per aliquos de familia dicti domini episcopi procuravit et fecit, cuius tenor sequitur in hec verba :

"Significatur religiosi maiestati domini inquisitoris heretice pravitatis in senescallia Carcassone seu eius locumtenentis quod cum eo anno begguini heretici et de heresi dampnati fuissent combusti iuxtra castrum de Penden.<sup>160</sup> mandato domini nostri regis et domini inquisitoris mandato summi pontifici et domini episcopi Agathensis, hinc est quod quidam perverso spiritu imbutus, adherens heretice pravitati animum suum ad fidem eorum **F<sup>o</sup> 205 r<sup>o</sup>** perversis operibus ac hereticis et dampnosis suasionibus inmittens eorum perverse opera sequendo, quadam die post combustionem hereticorum et specialiter post combustionem cuiusdam vocati Fornayro et eius sociorum, Bernardus Barseti notarius, catholice fidei spernens doctrinam et mandata apostolica et domini nostri regis et dicta domini Agathensis episcopi si potuisset impugnando, et quod deterius est sibi adherentes habuisset contra fidem catholicam infringendo accessit ad locum ubi dictus Fornayro et alii superius nominati sunt combusti, et flexis genibus tanquam adoraret eorum nequitiam accepit de ossibus combustorum hereticorum et de heresi dampnatorum et pro heresi iusto mandato domini nostri summi pontificis ac domini nostri regis legitime combustorum, et ipsa ossa in pallio sive sindone involvens cum multa reverentia ac si essent reliquie sanctorum accepit et secum asportavit.

Et cum per quosdam superve- **F<sup>o</sup> 205 v<sup>o</sup>** nientes peteretur a dicto Raymuhdo quid faciebat ibi, ipse Raymundus respondit : "Ego colligo de ossibus istorum combustorum vere martirum, quia pro certo ipsi erant sanioris fidei quam illi qui eos fecerunt comburi, et de hoc habeo fidem meam, et ipsi erant optimi christiani et cum magno preiudicio et contra ius sunt combusti. Et credo martyres et eorum fidem laudo, et credo quod sint in paradyso". Sic tunc testes infrascripti eius vesaniam et incredulitatem ac etiam hereticam pravitatem increpantes dixerunt dicto Raymundo : "Ut quid talia facitis et talia dicitis ac asseritis in rebellionem catholice fidei ? Quia certe nos credimus quod quidquid per sanctam Ecclesiam sic digne et iuste fiat, quia si non essent reperti heretici et pro heresi dampnati, iam non devenissent ad talem sententiam". Ad hoc respondens Raymundus Barleti dixit hec verba vel similia : "Vos junglayres pres que hieu teni per bos crestias et per verays martyrs, **F<sup>o</sup> 206 r<sup>o</sup>** et dayso non poyria mudar que hieu non cresa que sian estatz bos crestias", et nichil posset sibi dari intelligi contra suam opinionem predictam.

Quare supplicatur Vestre magnifice dignitati ut ex Vestro officio super premissis in augmentum, conservationem ac etiam ad evitandum periculum schismatis fidei christiane super premissis per Vos adhibeatur remedium oportunum, et ad informandum vos nominantur testes :

<sup>160</sup> Corr.: Pedenacio.

Imbertus de Ruppefixa domicellus, Ioannes Maurendi".

Qua quidem cedula ut primitus presentata et per Nos recepta dictum Bernardum ad Nostri presentiam fecimus evocari, qui in iudicio constitutus de veritate dicenda postmodum recognovit se fecisse fieri et dictari eandem per magistrum Guillelmum Lombardi clericum et procuratoram Pedenacii habitatorem et scribi per Petrum clericum magistri Arnaudi Vasconis notarii dicti loci ad instantiam et instructio- **F° 206 v°** nem Guillelmi Nasconis de Pedenacio apotecarii, qui ipsam cedulam seu sbstantiam facti super quo formata fuit, conscientibus aliquibus aliis complicibus inferius nominandis scripsit manu propria in vulgari et postmodum eam sic in vulgari scriptam fecerunt formari et transcribi in forma predicta, vocatis autem Ioanne Morenni, Guillelmo Nasconis, Imberto de Ruppefixa, Durando de Podio, Guillelmo de Casidis, a quibus idem Bernardus primo asserebat se audivisse narrari factum predictum in dicta cedula expressum, et quod a principio ut dixit credebat verum.

Et coram Nobis inquisitoré predicto uno post alium singulariter in iudicio constitutis ac medio iuramento interrogatis si sciebant factum prout in ipsa cedula continebatur fuisse verum et primo respondentibus se nichil scire de ipso facto nisi per auditum dici alienum, excepto dicto Ioanne **F° 207 r°** Maurini qui asseruit ipsum factum fore verum et depositus de scientia et visu.

Tandem prefatis Ioanne Maurane et Imberto de Ruppefixa in dicti Bernardi pressntia affrontatis et in iudicio constitutis et de veritate dicenda iuratis negaverunt unus post alium se dixisse predicto Bernardo factum predictum et aliquid scire de ipso facto, excepto dicto Imberto qui cum dicto Ioanne Mauranni finaliter asseruit se scire et vidisse prout in culpa sua inferius postea recitanda plenius est expressum.

Quibus omnibus premissis sic actis, habita suspicione per Nos inquisitorem predictum ex verisimilibus coniecturis et circonstantiis in eisdem tunc notatis, de consilio discretorum ibidem presentium, eosdem Bernardum, Ioannem, GuillelDum et Imbertum in carcere fecimus detineri, qui omnes sic detenti et in carcere reclusi per paucos dies apud Bitterrim fuerunt audit, interrogati et super premissa cedula plenius examinati **F° 207 v°** tandemque post multas exortationes, interrogations et requisitiones eis factas, falsitatem et machinationem per eos factam inimicabiliter et dolose contra dictum Raymundum apparuerunt unus post alium, nmn tamen ex toto nec clare, donec fuerunt in dicto carcere per dies multos detenti, et apud Carcassone<sup>161</sup> adducti.

Dictus tamen Imbertus fuit primus qui predictam falsitatem et machinationem apperuit et detexit, non tamen ex integro, donec omnes predicti quatuor, scilicet B. Pastoris, Ioannes Maurini, Imbertus et Guillelmus fuerunt apud Carcassonam adducti et in ipso Muro detenti.

Demum vero dictus Bernardus post multas exortationes, inductiones et deductiones, effusis lacrimis modum et serum totius tractatus et machinationis predicte falsitatis, cedule fabricationis et consentientes in eis corde gemebundo detexit, ac confessus fuit quod licet a principio dixisset se credere contenta in ipsa cedula **F° 208 r°** fore vera, prout ab ipsis Ioanne Mauranni, Guillelmo Nascon et Imberto predictis se audivisse asserat, finaliter tamen bene perpendit ex dictis predictorum et circumstantiis in dicto tractatu habitis et ita firmiter credit quod predicta omnia in ipsa cedula contenta prout contra dictum Raimundum Berleti proposita erant nan essent vera sed falsa et eidem Raymundo Beleti imposita falso et mendaciter per malivolentiam et inimicitiam quam ipsi et alii predicti et quidam alii de Pedenatio quos naminat gerebant et habebant contra vel apud ipsum Raymundum Berleti ex causis quas in sua confessione expressit.

---

<sup>161</sup> Sic.

Et hoc etiam credebat et perpendebat antequam redderet cedulam predictam sicut dixit, quodque in itinere dum ipse qui loquitur et dictus Ioannes Mauran ibant apud Bitterrim ad reddendum cedulam predictam, dixit ipse loquens dicto Ioanni : "Li cor mi rahuse formant de randre aquesta cedula", et dictus Ioannes Maurani **F° 208 v°** respandit quod bene redderet eam nisi esset ibi pro teste scriptus, et hoc audito ipse Bernardus respandit : "Melius est quod sitis testes et ego ipsam presentabo, quia quanta erunt plures testes, melius probabitur factum predictum".

Item quando fuerunt Bitteris ipse B. Pastoris fecit dictum Ioannem Mauran recedi et reverti Pedenat. ne sicut dixit per dominum inquisitorem esset suspectus quod se ingereret in testem non vocatus nec citatus. Et postea fecit eum cum aliis citari et eisdem citatis ministravit expensas in cena, non tamen de pecunia sua, sed aliorum consententium in predictis.

Item quandam informationem seu inuestigam que fiebat in Curia regia seu vicarii regii Bitterris contra dictum Raymundum Berleti super quibusdam casibus officium Inquisitionis minime tangentibus, tam ad expensas proprias quam aliorum pro viribus prosequebatur et ducebat in odium et malum dicti Ray- **F° 209 r°** mundi Berleti, nonobstanti quod crederet contenta in ipsa cedula non esse vera et quod etiam dixisset Ioanni Maurani et Guillelmi Nascon predictis se non credere ea fore vera nec adhibere fidem eorumdem, et quod etiam sibi respondissent: "*Que vous a que far si est vray ou non, soul que ou<sup>162</sup> vous en porte testimoni?*".

Interrogatus quare ergo reddebat predictam cedulam ex quo sciebat continere falsitatem, respondit quod propter suum malum et "*son desastre*" et quod volebat quod propter illa ipse Raymunda Berleti haberet inde malum et dampnum.

Interrogatus quare malum credebat inde eventurum dicto Raymundo si ipsa cedula vel contenta in ea probarentur, respondit se nescire modum Curie domini inquisitoris, tamen sciebat, ut dixit, eadem contenta in ipsa re hereticalia et quod dictus Raymundus proptèr hoc caperetur et in carcere poneretur et detineretur, et postmodum remitteretur domiro episcopo et quod **F° 209 v°** ipse episcopus posset de ipso Raymundo facere "*a sa guisa*", sciens tunc, ut dixit, quod dictus dominus episcopus portabat tunc eidem Berleti malam voluntatem, et quod non fecisset sibi nisi malum et damnum, credens tunc, ut dixit, et desiderans quod ipse Raymundus condampnaretur ad perdendum officium suum, scilicet notariatus, et quod perderet magnam vel maiorem partem bonorum suorum, et quod hoc sibi dixerant aliqui de complicibus predictis et aliis huius facti, quod talia erant in dicta cedula, quod si probarentur et causa bene duceretur, dictus Raymundus perderet magnam partem bonorum suorum.

Committens premissa a decima nona die maii predicta usque ad subsequentem que fuit vigentesima prima dies dicti mensis, et quedam alia que in circumstantiis dicti facti sunt que tractatum pecunie habende pro dicta causa ducenda et diligentia adhibenda respiciunt et tangunt, que longum et te- **F° 210 r°** dium esset referre. A principio veritatem negavit et pluries, asserens nunc penitere de premissis.

**Guillelmus Nascon de Pedenatio** predictus sicut per ipsius confessinem factam in iudicio sub anno et mense maii predictis apud Bitterrim et Carcassone seriosius et plenius factam legitime constat, instructus, rogatus et inductus per Ioannem Maurani predictum qui confixit et adinvenit falsitatem predictam in dicta cedula per ipsum Bernardum Pastoris ut premittitur redditum et tradita manu propria primitus scripsit in vulgari et postmodum per

<sup>162</sup> Corr.: on.

magistrum Guillelmum Lombardi et clericum Arnaudi Vasconis predictos Bernardo Pastoris dictari et scribi procuravit, et in presentatione consensit et aliqua in eadem cedula iam scripta corrigi, addi et emendari **F° 210 v°** procuravit, et specialiter in loco ubi dicitur Ioannis Fourneron et sui socii.

Item modum adinventionis et confictionis dicte falsitatis in ipsa cedu la contenta prefato Ioanni Maurini imponit et dictus Ioannes contrario eidem Guillelmo imponit prout in eorum confessionibus continetur.

Item in ipso modo fabricandi et se invicem subornandi dicunt ambo quod cum dicerent se deposituros in testimoniis suis quod viderint dictum Berleti recipientem ossa dictorum combustorum begguinorum et in uno panno albo vel cendato, dictus magister Guillelmus Lombardi dixit: "Nec ponatis nec dicatis quod poneret ea in panno albo vel cendato viridi, sed in cendato simpliciter de hora suspecta vel de nocte, quia totum esset suspectum cum de nocte non posset discerni an esset pannus albus vel cendatum viride".

Item dixit dictus Guillelmus Nascon quod licet promisisset dicto Ioanni **F° 211 r°** Mauran facere testimonium de contentis in ipsa cedula, verumtamen quando fuit citatus, vocatus et interrogatus noluit ferre ipsum testimonium nec ipsam falsitatem testificari, cum nihil sciret ut asserit de contentis in cedula suiradicta, et sciret totum esse falsum quod in ea dicebatur, prout ipse Ioannes Maurani detexerat sibi, ut predixit.

Item ipse Guillelmus Nascon modum et formam tractatus et machinationis ac fabricationis cedule predicte et falsitatis in ea contente ac receptionem pecunie expensarum eis ministratae per Bernardum Pastoris et aliorum complicum dicti facti participum in sua confessione serius exponit.

Item confessus est demum post multas exortationes sibi factas de veritate dicenda quod olim rogatus et instructus per quandam personam quam nominat contra prefatum Raimundum Berleti falsum testimonium in Curia domini episcopi Bitterrensis **F° 211 v°** et etiam Guillelmum Benedicti de Casulis ad ferendum idem seu simile falsum testimonium induxit et subornavit, testificando conrra ipsum Raymundum Berleti quod audiverant quandam personam dicentem se audivisse prefatum Raymundum asserere begguinos condempnatos Bitterris combustos fuisse "*a grant tort et grand peccat*", et quod ipsi erant meliores christiani quam inquisitor et quam etiam episcopus Bitterrensis qui eos fecerant comburi, ut a dicta persona ipse Guillilmus Mascon se audivisse testificatus erat falso et mandaciter, ut predidit.

Comittens hoc factum ultimo sub anno millesimo trcentesimo quinto, tertio kalendas octobris<sup>163</sup> et alia facta predicta in ipsa cedula contenta et quedam alia que in sua confessione facta mense maii et iunii ac sub anno M°CCC°XX°IX° plenius annotata, et hoc ad instantiam dicti Ioannis Maurani et quorumdam dicti Raymundi F° 212 r° aliorum malivolorum dicti loci. Pluries deieravit.

Anno quo supra die septima septembries confirmavit.

**Guillelmus Benedicti de Casulibus** prope Pedenatum predictus, sicut per ipsius confessionem factam sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono mensis<sup>164</sup> iulii legitime constat dudum sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto predicto tertio kalendas octobris, instructus et subornatus per Guillelmum Nascon predictum ac etiam minis et timore carceris sibi tunc incussa apud Bitterrs per aliquos quos nominat, contra prefatum Raymundum Berleti tulit falsum testimonium una cum dicto Guillelmo Nascon coram commissariis domini Bitterris episcopi, prout in fine culpe dicti Guillelmi proximo

<sup>163</sup> 29 septembre 1325.

<sup>164</sup> Sic.

antescripte plenius et seriosius est expressum, videlicet quod audiverat ipsam partem dicentem se audivisse dictum **F° 212 v°** Raymundum Berleti asserere begguinos apud Biterrim condempnatos fuisse combustos "a grant tort et a grant peccat", et quod ipsi erant meliores christiani quam inquisitor et quam etiam episcopus Bitterrensis, qui fecerant eos comburi.

Cocmittens predicta tempore predicto vocatus fuerat in testem super cedula per Bernardum Pastoris producta, ut prefertur. Interrogatus pluries semper responderit se nichil scire de contentis in cedula predicta, nec aliquid aliud, nisi quod alias deposuerat contra ipsum Raymundum Berleti de auditu dici alieno, scilicet de hoc falso testimonio quod primo fecerat, sed nunquam detexit falsitatem predictam donec pluries repetitus, captus et in Muro detenus fuit.

Dixit se penitere. Pluries deieravit.

**Ioannes Maurani de Pedenatio** predictus, sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno Domini millesimo trecentesimo vice- **F° 213 r°** mo mense iulii legitime constat, instructus fuit primo et subornatus per predictum Guillelmum Nascon quod consentiret in fabricatione falsitatis predicte contenta in cedula supradicta, et quod falsum ferret testimonium de facto in ipsa cedula expressato contra dictum Raymundum Berleti. Dictus tamen Guimlelus contrarium asserit ut est dictum.

Item dictus Ioannes dictam cedulam fieri et corrigi et in ea addi iussit et fecit, et in cuius presentatione consensit et postea eam reddere voluit si dictus Bernardus voluisset, ut dictus Bernardus confitetur, sed hoc ultimum negat ipse Ioannes.

Item postea iuratus in iudicio testificatus fuit se scire contenta in ipsa cedula pro maiori parte vera esse, et asseruit se vidisse dictum Raymudum dicta ossa vel cineres combustorum colligentem et in uno panno albo ponentem, et ipsos combustos asserentem fore melioris vite et melioris fame quam sint episcopus Bitterrensis et Agathensis et inquisitor qui condempnaverunt eos et fecerunt cremari. Et cum redargueret ipsum Raymundum dicens quod **F° 213 v°** male dicebat et quod "debemus credere quod id quod sancta Ecclesia fecit est bene factum", tunc dictus Raymundus dixit : "Ayssa en iats en mon cor", et dicebat ipse Ioannes fuisse presentes Guillelmum Nascon et Imbertum de Ruppefixa predictum. Facta autem confessione predicta tanquam suspectus quod falsum tulisset testimonium, fuit detenus et in carcere positus per dies aliquos, et postmodum eductus de carcere et constitutus in iudicio iuratus recognovit predictum testimonium suum esse falsum et falso ac mendaciter et inimicabiliter deposuisse predicta ad instructionem Guillelmi Nascon predicti, et alias circumstantias facti predicti et conscientes pro parte detexit, verumtamen non deponit omnia et singula de quibus per Guillelmum Bascon, Bernardum Pastre et Imbertum predicos plenius est delatus, nam deponunt duo ex ipsis quod ipse Ioannes extitit inventor et fabricator predicte falsitatis et alios subornavit.

Pluries deieravit.

Anno quo supra die septima septembbris **F° 214 r°** confirmavit.

**Imbertus de Ruppefixa** nobilis habitator Pedenatii predictus, sicut per ipsius confessio[n]em factam in iudicio sub anno Domini millesimo trigesimo vicesimo nono mense ...<sup>165</sup> legitime constat, instructus, ductus, informatus et subornatus per Ioannem Mauran et per Guillelmum Nascon predictos aliquando simul aliquando divisim super cedula predicta

<sup>165</sup> Lacune.

per Bernardum Pastoris reddita falsum tulit testimonium. Nam iuratus in iudicio prima vice dixerat se nichil scire de contentis in eadem, postea vero affrontatus cum dicto Bernardo depositus ut sequitur in effectu, videlicet quod a longe viderat Raimundum Berleti in loco ubi begguini fuerant combusti prope Pedenatum quadam die circa noctem dum veniret de Casulis et de Lesinhano cum Ioanne Mauran et Guillelmo Nascon qui precedebant, et ipse remanserat retro eos aliquantulum ad **F° 214 v°** mingendum, et postq sequutus fuisse eos et pervenisset ad eos vidit dictum Raymundum Berleti precedentem eos aliquantulum et interrogaverunt ipsum loquentem sic: "Videtis Raymundum Berleti ?" et responso per eum quod sic, denique narraverunt sibi prefatus Guillelmus Mascon et Ioannes Mauran qualiter invenerant dictum Raymundum colligentem ossa et cineres dictorum combustorum, et quod redarguerant eum super hoc, et quod ipse Raymundus respondit eis : "Per Deum ipsi erant boni homines et credo quod ipsi sunt martyres coram Deo, quia erant meliores homines quam episcopi Bitterrensis et Agathensis", que quidem omnia predicta falso et mendaciter depositus, ut dixit, tanquam attonitus seu stupefactus. Et propter confessionem predictam tanquam suspectus de falso testimonio fuit detenus tunc quasi per duos vel tres dies, et postea primus detexit faetum predictum et machinationem falsitatis predicte, quia nunquam viderat nec deposuerat predicta, sed sic fuerat ut premititur subornatus .

Dixit se penitere. Plures **F° 215 r°** deieravit.

Confirmavit.

**Raimundus Caplieu pelliparius de Pedenatio** sicut per ipsius confessionem factam in iudicio sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono mense iulii et augusti legitime constat, antequam ipsa cedula per Bernardum Pastoris redderetur Nobis inquisitori, audivit a dicto Guillelmo Nascon narrari hystoriam seu factum in dicta cedula contentum vel similiter in effectu, et tunc interrogavit ipsum Guillelmum si predicta possent probari, qui Guillelmus respondit quod sic, et quod super hoc loqueretur testibus in ipsa cedula tunc nominatis. Et ipse Raymundus dixit quod si predicta essent vera et possent probari, ipsem et ret ad denunciandum ea domino inquisitori.

Item dixit quod solvit sexdecim denarios pro scriptura cedula supradicte et consensit quod redderetur contra dictum Raymundum Berleti, hesitans tunc, ut dixit, in corde suo, utrum esset verum **F° 215 v°** in articulis in ipsa cedula contentis. Plus tamen credebat in corde suo, ut dixit, quod falsum esset quam illud esset verum, pro eo videlicet quia dictus Raimundus Berleti multa fecerat Ioanni Mauranni, et cum eo habeat et habuerat magnam brigam et malivolentiam, et ideo magis credebat contenta in ipsis articulis esse falsa quam vera, et pro eo etiam quia contra dictum Raymundum Berleti dictum testimonium ferre volebant contra ipsum tanquam inimici dicti Berleti.

Item recognovit se habere tunc malam voluntatem erga dictum Raimundum Berleti pro eo quod dicebatur quod ipse Raimundus faciebat fieri informationem contra Pontium Montisregali avunculum suum super eo quod ei imposuisse dicebatur receptionem aliquorum apostatarum a fide de ordine Minorum.

Item de triginta solidis solvendis domino Ioanni de Sancto Valerio in persecutionem dicti Raymundi Berleti in Curia vicarii regii Bitterris promiserat solvere partem suam, et de hoc loquutus fuit Bernardo Pastoris et aliis.

Committens predicta **F° 216 r°** a festo Pasche citra. Multotiens negavit recognoscere veritatem contra proprium iuramentum et antea multo tempore detenus in carcere Carcassone. Dixit se penitere.

(LIMOSUS NEGRI)

**Limosus Nigri** habitator ville **Sancti Pauli in Fenolhedesio** diocesis Electensis dudum sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, mense aprilis in Curia domihi episcopi Electensis per ventus<sup>166</sup> et delatus quod de sacramentis ecclesiasticis et specialiter de sacramento Eucharistie male et infideliter sentire et tenere a pluribus dicebatur, captus et interrogatus super eodem sacramento et respondere denegans, et ad verba alia et falsa se convertens, tunc abire dimissus medio iuramento ad sancta Dei Evangelia praefato<sup>167</sup> de comparendo quotiens vocaretur, et iterum super eisdem casibus et aliis gravibus delatus iterum captus, et de fide et ad fidem iudicialiter inquisitus, confessus fuit se tenere et credere pertinaciter errores et haereses qui secuntur :

Primo **F• 216 v•** videlicet dixit se credere quod sol et luna possunt dici femina, pro eo quia sicut mulier est levis correctionis, sic sol et luna cum inferioribus et aere et terra sumt corruptibiles et creati de corruptione.

Item loquens de creatione omnium inferiorum dixit quod Deus omnium creavit seu fecit primo archangulos, quos ipse Limosus credit esse filios Dei, et ipsi archangeli a potestate sibi attributa a Deo Patre creatore creavit<sup>168</sup> angelos minorum valoris et virtutis quam sint archangeli. Omnes illi angeli dicuntur et vocantur Virgo Maria, et quod ipsi angeli creaverunt abstinentiam et castitatem que sunt supra solem et lunam.

Item quod sol et luna minixerunt et quod ille mictus fuit conglutinatum in terra, sic quod terra ex huiusmodi mictu et corruptione facta fuit, et inde Adam et Eva creati fuerint, et virtute solis et lunae, et non a Deo, sicut dixit, nihil peccati fecit, concludens ipse Limosus quod quia sol et luna et alia omnia inferiora sunt creata ex corruptione, idcirco dixit **F• 217 r•** comprehendi sub nomine feminae, quia sunt corruptibilia.

Item quod Adam et Eva et omnes alii qui post eos generati fuerunt et nati, nullam aliam habent animam nisi ventum seu aerem et alia alimenta que faciunt virtute solis et lune gentes loqui et animalia mugire, et hoc gentes vocant animam ad coperiendum, quia Deus non vult, nec Ecclesia quod hoc secretum reveletur, quia si predicta revelarentur, gentes forte inclinarentur magis ad malum faciendum.

Item quod sol et luna ordinarunt quod aliqui crearentur qui essent pastores, scilicet Moisen qui fecit Legem iudeorum, ex pracepto solis et lune, postea Bahometum qui fecit Legem Sarracenorum, postea quidem frater noster Christianorum positus per solem, lunam et stellas qui fecit legem Christianorum, qui venit ut nuntius et ut pastor, qui vocatus est per nos Christianosnos Iesus Christus.

Item quod dictus pastor qui vocatur communiter Iesus Christus fuit natus ex corruptione et missus in terram per solem et lunam, et quod omnes **F• 217 v•** fuimus nati ex huiusmodi corruptione, videlicet ex sole et luna.

Item dixit se non credere quod Iesus Christus fuerit natus ex Maria virgine, nec quod ipse Iesus Christus voluerit se in miscere foetori huius mundi, quia est foetor sive corruptio, seu putredo iste mundus.

Item dixit se non credere quod Deus Pater creator omnium habeat alium filium, nec alios filios, nisi archangulos et Spiritum sanctum, quodque omnes homines possunt dici filii Dei, quia ex eius potestate sunt creati.

Item dixit se credere quod in dicto Patre sunt tria, videlicet terra, virgo, aqua virgo, et

<sup>166</sup> Corr.: preventus.

<sup>167</sup> Corr.: prestito.

<sup>168</sup> Corr.: creaverunt.

ventus virgo, et ex hoc dicitur quod tres personae sunt in Deo, et quod aliam Trinitatem esse non credit.

Item dixit se non credere quod Iesus Christus Dei filius incarnatus fuerit ex virtute Sancti Spiritus et obumbratione per annunciationem Sancti Gabrielis archangeli, nec humanam carnem sumpserit ex Maria virgine, nec quod ipsa beata Maria permanserit virgo ante partum et post partum, nec videtur sibi quod illud posset fieri, quod car- **F° 218 r°** nem passibilem sumpserit in ea, nec quod ipsa beata Maria nec aliqua alia mulier in hoc mundo fuerit nec sit virgo in hoc seculo.

Item interrogatus quid credit de domino Iesu Christo nato ex Maria virgine etc..., dixit quod ille Iesus Christus de quo supra dixit qui fecit Legem christianorum non fuit passus mortem in cruce pro redēptione vestra<sup>169</sup> imo dixit quod omnes gradus animarum creati fuerunt simul a sole et a luna, quodque anima quae erat in Christo fuerat primo in alio corpore peccatore, quod corpus in quo ipsa anima Iesus Christi primo fuerat peccaverat committendo adulterium et homicidium, et quod sol et luna intendentēs facere fidem quae postmodum facta fuit per dictum filium beate Marie, postquam exivit dicta anima de dicto corpore, primo moriendo, ordinavit quod eam ponerent in alio meliori corpore in quo faceret penitentiam de praedictis peccatis homicidii et adulterii.

Et dictam animam posuerunt in corpore domini nostri Iesus Christi, qui natus fuit ex beata Maria, que concepit, ut dixit, **F° 218 v°** ex ordinatione cuiusdam nomine Gabrielis qui habebat alas et volabat, et quod ille Gabriel recepit aliquam quantitatem grani seu seminis humani, et fecit fieri cessionem in ventre beate Marie et poni fecit in eo semen illud humanum et oleum, per quandam mulierem quae erat soror vel de parentela beate Marie, et ex illis semine et oleo ipsa beata Maria concepit dictum filium suum, qui post nativitatem suam predicavit in quarto anno, et fecit Legem, et postea fuit crucifixus et mortuus per iudeos, non propter redēptionem peccatorum nostrorum, sed propter remissionem et poenitentiam homicidii et adulterii, que duo peccata primum corpus in quo primo fuerat commiserat.

Sed nunc dicitur et fuit inventum, ut dixit, proptèr honorem Legis, ad cooperiendum et ad hoc quod lex magis appreciatur, quod ipse natus fuit de virgine, quod erat Deus et homo, et quod mortuus fuit pro redēptione peccatorum patrum nostrorum. Et scripture que hoc dicunt sunt false et ficte, et facte et invente, ut dixit, quia licet dicatur **F° 219 r°** quod ille propheta Iesus fuerit creatus in ventre Virginis Marie, istud posset esse verum si intelligatur eo modo quo ipse intelligit et intelligi debet, ut dixit, quia ipse intelligit et verum esse asserit, quod venter cuiuslibet mulieris est venter Virginis Marie, videlicet Dei creatoris primi, quia omnes fuimus creati seu facti ex eius potestate.

Quem Deum creatorem esse asserit Virginem Mariam, et quod in coelo vel in terra non fuit aliqua alia Virgo Maria nisi creator omnium, et ille propheta Iesus potest dici filius Dei, quia omnes sumus filii Dei. Et sic eo modo ipse intelligit et crevit ipsum prophetam esse filium Dei et non aliter. Dixit etiam dictum prophetam qui vocatur filius Dei in cruce videlicet lancea fuisse percussum, et quia homicidium commiserat, quia dicitur quod qui gladio interficit gladio debet mori.

Item dixit quod postquam ille propheta mortuus fuit et sepultus, ministri induiti vestibus albīs et portantes luminaria venerunt ad sepulcrum ubi sepultus fuerat, et cum fuerunt ad sepulcrum **F° 219 v°** praedictum, custodes qui custodiebant ipsum sepulcrum de mandato maioris statim aufugerunt, quia ita datum erat eis in mandatis, quod quando viderent ipsos ministros fugerent, et tunc dicti ministri aperuerunt dictum sepulcrum, videlicet cum quadam virga ipsum tangendo cum eadem, et receperunt corpus Iesu, et dictum corpus sive balnearunt in oleo arboris humani, quo balneato vivis<sup>170</sup> dictorum ministrorum clamavit, dicens "Domine, Domine, Domine!", et dictus propheta incepit aspirare et loqui, dicens : "Viri, solvet vos

<sup>169</sup> Corr.: nostra.

<sup>170</sup> Corr.: unus.

Deus!" Et sic, ut dixit, resurrectio ipsius prophetae fuit facta naturaliter ex unctione dicti olei, eo quod ita fuerat ordinatum quando fuit conceptus in utero matris suea.

Dixit etiam quod ipse propheta fuit post resurrectionem predictam cum suis apostolis, inter quos erant beatus Ioannes et sanctus Petrus.

Item quod postea descendit in aliud locum, videlicet in aliud quod est subtus istud, et adhuc dictus propheta est ibi et **F° 220 r°** convertit gentes que sunt ibi tenentes Legem Mahometi, et idem Mahometus est ibi aequalis eidem prophete et contendens cum ipso et sibi resistens.

Item dixit se non credere alium esse infernum preter hoc seculum, aliud est subtus istud, et totum vocatur et vocari potest infernus, cum quod est subtus solem sit peccatum.

Item dixit se non credere quod Jesus Christus Dei filius fuerit crucifixus, mortuus et sepultus, nec quod resurrexerit, nec post -resurrectionem suam accederit ad celos, nec sedat ad dexteram Dei Patris, imo dixit quod scripturae quae hoc dicunt sunt false et ficte et ex causa honoris tantum, non quod ita sit vel fuerit in veritate, asserens quod dictus quod dictus filius beate Marie est adhuc et adhuc vivit subtus hoc saeculum, videlicet in inferiori seculo.

Item interrogatus de resurrectione mortuorum in die iudicii, dixit se credere quod resurrectio mortuorum fiet in modum qui sequitur, et alias non, videlicet quod a parte superiori que est supra solem, que vocatur -abstinentia et castitas cadet plu- **F° 220 v°** via alba quasi nix magna quantitas<sup>171</sup> ex qua fient corpora nova, clara et alba tot et tanta quot sunt anime, et in illis novis corporibus Deus creator ponet animas quas ab initio creaverat, et que steterant sive fuerant in corporibus que sunt, erunt et fuerunt in hoc mundo, et quod corpora in quibus nunc sunt, erunt et fuerunt anime non resurgent pro assumendo divino iudicio, sed dumtaxat cum nobis corporibus, ut predixit, asserens quod omnes anime fuerunt semel create ab initio per solem et lunam, et quod quelibet earum fuit in pluribus corporibus, et adhuc subintrabunt et transient, sive se transferent de corporibus in quibus nunc sunt ad alia corpora, et in illis quae fient ex dicta pluvia perpetuo permanebunt. Et sic omnes anime Christianorum, Iudeorum et Sarracenorum equaliter salvabuntur.

Item dixit se non credere quod Jesus Christus filius beate Marie virginis sit venturus iudicare vivos et mortuos, imo credit, ut dixit, quod cum dicta nova et alba corpora fuerint creata, diem<sup>172</sup> filius beate Marie **F° 221 r°** erit inter ea et recipiet novum corpus, prout et nos alii, asserens quod omnes scripture quae dicunt quod aliter fiat sunt false et ficticie invente.

Item super baptismō interrogatus, dixit quod idem operatur baptismus prout circundisio que fit per iudeos ex Lege Moysi, et benedictio quae fit per Sarracenos et<sup>173</sup> lege Mahometi, et quod predicta nihil aliud operantur, nisi quod fiunt ad distinctionem nominis, ut quilibet intelligatur propter proprium nomen quando unusquisque vocatur. Quique etiam baptismus nihil aliud operatur quoad animam, sed quod est facta coopertura fidei christiane, et est utile quod cooperiatur ut fides magis servetur, dicens quod si ex Deo procederet baptismus quod contineret veritatem, et ea que dicuntur per sacerdotem et promittuntur per primos<sup>174</sup> essent vera, haberent effectum, quia in baptismo renunciatur operibus Satane, et illi qui baptisantur aliquotiens sunt fures, latrones et mentrices, quare non credit quod ex Deo procedat. Dixit etiam quod ideo sit differentia **F° 221 v°** inter baptismum, circuncisionem et benedictionem, ut sciatur sub cuius dominio sint, ut videlicet Moysi, vel Mahometi, aut dicti prophete filii beate Marie.

<sup>171</sup> Corr.: magne quantitatis.

<sup>172</sup> Corr.: dictus.

<sup>173</sup> Corr.: ex.

<sup>174</sup> Corr.: patrinos.

Super sacramento confirmationis, dixit se credere quod confirmatio nihil aliud operatur, nisi quod puer quando fuit baptisatus nihil intellexit ea que promittuntur per patrinos in baptismō ratificat se esse sub lege, sub qua eius patrinus eum posuit. Adiiciens quod confirmatio non debet fieri quoisque puer sit etatis septem annorum, et intelligat quid agitur ad designandum et sciendum an confirmatus velit tenere fidem Christianorum et remanere in ea, stare atque mori.

Item super sacramento Eucharistie dixit quod in hostia consecrata que in altari elevatur per sacerdotem non est verum corpus Christi, quia Deus non est in hoc mundo, sed dixit esse in dicto sacrificio quatuor elementa, terram videlicet, aquam, ignem et ventum, quodque hoc sacrificium fit per Ecclesiam ad dissimulandum, ut gentes infundant preces ad Deum creatorem **F° 222 r°** et ut magis sint firmi in fide eorum.

Item et pro eo credit quod ipsa hostia sacrata non est verum corpus Christi, quia plures sacerdotes qui dictam hostiam consecrant et elevant in altari committunt adulterium et plura alia et diversa peccata, et Deus non vult se immiscere fetori huius mundi prout supra dixit, et quod nullus in hoc mundo est dignus tenendi seu elevandi corpus Dei, cum omnes sint femine.

Item dixit quod in ipsomet Limoso est corpus Dei sicut et in hostia predicta, quia in ipso sunt quatuor elementa predicta.

Dixit etiam quod dicta consecratio fuit facta et ordinata per dictum prophetam filium beate Marie in modo qui sequitur, videlicet cum dictus propheta esset pauper et gentes ad sustentacionem ipsius darent sibi placentulas vel panem, faciebat gratias Deo Patri et elevabat illum panem gratias agens Patri, et docebat gentes ut orarent Deum Patrem, quia ex elementis que erant in dicto pane nutriebantur, et cum quidam iudei venissent ad eum ac vellent ipsum de hoc **F° 222 v°** reprehendere, ipse dixit eis quod predicta fiebant, et fierent adhuc in augmentum fidei quam ipse instituerat, et quod bonum erat facere predicta, quia Deus Pater benediceretur quando panis ille eleveretur, qui ex quatuor elementis erat, addiiciens ipse Limosus quod vittuperosum esset Deo Patri quod daret potestatem creature peccatri, quia<sup>175</sup> panem et vinum et aquam qui fuerunt per Deum Patrem posset mutare in aliud, et quod ipse non credit nec crederet aliqua via quod vinum mutetur in sanguinem Dei, nec panis ille possit mutari in corpus Dei, sed potius permitteret se excoriari quam crederet quod propter benedictionem que dicitur supra dictam hostiam aliquid immutetur in ea. Imo credit, ut dixit, quod adeo est digna illa hostia quando ponitur super altare sicut quando elevatur per sacerdotem, et quod est verisimile, quia si in illa hostia post dictam benedictionem esset corpus Christi, ille qui eam consecraret vel reciperet ex tunc non **F° 223 r°** peccaret, dicens quod per hoc manifeste appareat et apparere potest quod hostia non est verum corpus Christi.

Item et ex alia causa movetur ut non credit dictum sacramentum, quia vidit semel quod unus clericus recepit de illa aqua ubi minxerant rane, et ministravit cappellano in altari de illa aqua que mandabatur adorari et sanctificabatur, et quia dicebatur illam aquam cum vino esse sanguinem proprium domini nostri Iesu Christi.

Item super confessione dixit se credere quod utilitas sit pro eo videlicet quia propter confessionem fit aliquotiens emenda dampnum<sup>176</sup> passo, et propter reprehensionem que fit in confessione illis quiconfitentur, quia retrahunt se a similibus peccatis, et quod anima confitens non sustinet tantum tormentum sive penam.

Item super matrimonio interrogatus dixit quod matrimonium fuit mandatum et ordinatum per dictum prophetam Iesum Christum. Dicit tamen quod cognoscere carnaliter uxorem suam vel aliam est pecca- **F° 223 v°** tum, quia generantur exinde meretrices et

<sup>175</sup> Corr.: quin.

<sup>176</sup> Corr.: damno.

latrones.

Interrogatus a quibus habuit vel audivit praedicta, respondit quod a nullo uniente<sup>177</sup> nisi a Deo, qui posuit istam scientiam et philosophiam in cirde suo per hunc modum :

Dixit namque quod bene fuerunt undecim anni, tempore quo primo confessus est predicta, quod cogitavit quod ille propheta Iesus ieunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et ideo volens experiri si Deus daret sibi tantam gratiam quod posset tandem ieunare, ivit ad caunam que est<sup>178</sup> ruppe Cabronia<sup>179</sup> et ibi fuit decem diebus et decem noctibus, ieunans et esuriens, et post decem dies percussus fame, cogitans quod dederat sibi tantam gratiam quod posset ultra dictos decem dies de sui nature ieunare seu esurire, exivit dictam caunam et veniens ad villam, comedit. Et ex illa hora Deus posuit in corde suo illum intellectum quem nunc asserit se habere, ac subtilitatem et philosophiam **F° 224 r°** praedictam, quam philosophiam aliquibus quos nominat predicavit seu docuit, sicut dixit.

Item dixit quod illo anno et die qua captus fuit, scilicet mense aprilis fuerunt duo anni, posuit se en l'endura quam vocat *le trespassement*, et<sup>180</sup> stetisset in illa andura per duos vel tres dies, ad instantiam cuiusdam fratris qui dixit sibi quod nisi communicaret et reciperet corpus Christi, si contingeret eum sic mori diceretur quod esset hereticus, et combureretur, recepit Eucharistiam et communicavit, licet non crederet ipsam eucharistiam sacram. sibi per capellanum ministratam fore verum corpus Christi, nec etiam credit modo, ut dixit, sed ad fugiendum et vitandum rixam quam nepos suus faciebat sibi, recepit ipsam hostiam, et fuerunt vocati ad hoc testes, ut possent de hoc testimonium perhibere.

Item super oratione Pater noster dixit quod non debet dici Pater noster sed Pater *noble*, quia Deus non est nos- **F° 224 v°** ter, sed non<sup>181</sup> sumus sui.

Item dixit quod Ecclesia non est aliud nisi angeli et archangeli, et quod dominus papa et prelati alii non loquebantur de ista Ecclesia, nisi pro quodam velamine, volentes in hoc modo loquendi honorare fidem.

Item quod non crèdit beatos Petrum et Paulum et alios apostolos esse sanctos, nec in paradiso, sed nomine Petri et Pauli intelliguntur aliqui angeli vel archangeli.

Item non credit, ut dixit, quod aliquis homo ordinatus in sacerdotem per aliquem episcopum in sancta Ecclesia plus habeat virtutis quam unus alius homo non ordinatus, sed maior virtus dicitur eesse in uno homine quam in alio propter hoc solum, quod haberet meliorem animam.

Item se esse etatis sexaginta annorum, et quod quasi anno quolibet solitus erat confiteri, sed hoc faciebat ad con- **F° 225 r°** formandum se aliis, et ad faciendum sicut ceteri, sed nescit utrum per hoc removeantur peccata vel non.

Et monitus canonice, et demum excommunicatus, noluit resilire a praedictis erroribus, sed pertinaciter defendit eosdem.

---

<sup>177</sup> *Corr.*: vivente.

<sup>178</sup> *Adde*: in.

<sup>179</sup> *Corr.*: Cadronie.

<sup>180</sup> *Adde*: cum.

<sup>181</sup> *Corr.*: nos.

(ABIURATIO)

Nos Stephana Boneta habitatrix Montispessulani, Guillelma de Villanova diocesis Magalonensis, Guillelma de Barbairano alias de Camellis, Raimunda Ieiuna uxor Guillelmi Ieiuni, Pontius eius filius de Saxiaco diocesis Carcassone, Durandus de Cereriis presbiter diocesis Sancti Flori de Villamoustanchone diocesis Carcassone, Bernardus Vaurs de Albia, Bernardus Pastor, Guillelmus Masto, Ioannes Maurani, Imbertus de Ruppefixa, Raynaudus Caplieu de Pede- **F° 225 v°** natio diocesis Agathensis, Guillelmus de Casulis, Petrus Matfredi, Guillelmus Blanchi, Ioannes Alanhana notarius habitator Bitterrensis de Sancto Genesio diocesis Bitterrensis, Gallardus Fameti, Guillelmus Vermelli notarius, Guillelmus Durbanni sartor, Pontius Isarni, Petrus Baudric, Guillelmus de Lanterco, Raimundus Talhaferi, Ysarnus Marcelli, Petrus de Naguisas, Raimundus Manentis de Albia, Ioannes de Alnayo notarius, Rogertus de Olargiis, Bladerius Iordàni, Petrus Laurentii serviens, Ioannes Panhon castell;1nus, Guillotus de Rabastenx, Bertrandus Fabri alias Perfecta serviens de Lomberiis diocesis Albiensis, Reimundus Boerii de Villamagna diocesis Bitterrensis, Bartholomeus Pays, Raimundus Garriga de Albia, Frater Bartholomeus Bruguiera ordinis Minorum,

constituti in iudicio

Vobis dominis inqui- **F° 226 r°** sitoribus Carcassone et Tholose auctoritate apostolica deputatis et dominis commissariis auctoritate ordinaria in negotio fidei constitutis, abiuramus, anematzamus et renegamus omnem heresim ...<sup>182</sup> cuiuscumque secte dampnate, et specialiter manicheorum ac begguinorum et begguinarum condempnatorum, ...<sup>183</sup> sub pena que de iure debetur relapsis in heresim in iudicio abiuratam.

Item promittimus et iuramus quod toto posse nostro persecuemur...<sup>184</sup> vel aliquem de predictis.

Item F° 226 v° promittimus et iuramus quod tenebimus et defendemus fidem catholicam ...<sup>185</sup> contumaciter et scienter.

Facta fuit abiuratio predicta anno, die, loco, inductione et pontifocatu predictis, presentibus testibus et notariis antedictis.

(ABSOLUTIO)

In nomine Domini noztri Iesu Christi amen. **F° 227 r°** Quoniam Nos inquisitores et commissarii suprascripti quatenus Nos et Nostrum quemlibet tangit invenimus et per confessiones vestras in iudicio factas legitime nobis constat quod

tu Raymundus Boerii de Villamagna, Giletus Porquerii diocesis Bitterrensis, Bartholomeus Pays, Raimundus Garriga de Albia tam graviter et tam multiplicitate in crimen heresis deliquistis sicut lectum et recitatum est vobis intelligibiliter in vulgari, idcirco vos Raimundus Boerii, Guillotus Porquerii, Bartholomeus Pays, Raymundus Garriga superius nominatos volentes ut asseritis redire ad Ecclesie unitati, abiurata per vos omni

<sup>182</sup> Ut supra.

<sup>183</sup> Ut supra.

<sup>184</sup> ut supra.

<sup>185</sup> Ut supra.

heresi, credentia, fautoria, et participatione hereticorum cuiuscumque secte et quibuscumque nominibus censeantur, prestitoque per vos ad sancta Dei Evangelia iuramento quod parebitis et eritis obedientes simpliciter mandatis Ecclesie et Nostris, absolvirus secundum formam Eccle- **F• 227 v•** sie consuetam ab excommunicationis vinculo et sententiis quibus ligati eratis pro culpis predictis per vos confessatis, et quas recognovistis vos in crimen heresis comisisse, si tamen de corde bono et fide non ficta redieritis ad ecclesiasticam unitatem, et si mandata vobis iniuncta servaveritis et curaveritis adimplere. Et quia in Deum et sanctam matrem Ecclesiam predictis modis temere deliquistis, hac die et loco vobis ad recipiendum penitentiam peremptorie assignatis, sedentes... consilio, imponimus et iniungimus in his scriptis vobis et vestrum singulis in penitentiam et nomine penitentie pro predictis sub virtute sancte obedientie et a vobis prestiti iuramenti, quod vos portetis perpetuo crucis duplices et penitentias et peregrinationes alias **F• 228 r•** faciatis que in vestris litteris seriosius inseruntur, retenta Nobis ...si et quando Nobis de bonorum virorum consilio visun; fuerit expedire.

Lata fuit hec sententia anno, die, inductione, loco, pontificatu et presentibus testibus antescryptis.

---

(SENTENTIE)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Quoniam Nos inquisitores ... constat quod tu

**Stephana Boneta** habitatrix Montispes- **F• 228 v•** sulani

**Guillelma Ricardona** de Villanova dmocesis Magalonensis,

**Guillelma de Barbairano** alias de Comellis,

**Raimunda Ieiuna** uxor Raimundi Ieiuni,

**Pontius** eius filius de Saxyacho diocesis Carcassone,

**Durandus de Cereriis** presbiter diocesis Sancti Flori habitator de Villamostan. diocesis Carcassone,

**Bernardus Vaur**s de Albia,

**Bartholomeus Bruguiere** ordinis Minorum tam graviter ... **F• 229 r•**... ad agendum penitentiam pro commissis ad perpetuum Nuri carcerem Carcassone, ubi vobis panis doloris in cibum et aqua tribulationis in potum dumtaxat ministrèntur sententialiter condempnamus.

Et quia tu Duranndus presbiter de Cereriis et Bernardus Vaur et tu Bartholomeus Bruguiere ordinis Minorum gravius et enormius in predicto **F• 229 v•** crimine deliquistis et ideo estis gravius puniendos, vos onnes et singulos proxime superius nominatos ad agendum penitentiam de premissis ad perpetuum et strictum dicti muri carcerem in perpetuis vinculis et compedibus ferreis ubi vobis dictus panis doloris in cibum et dicta aqua tribulationis in potum dumtaxat ministrentur, in et cum his scriptis sententialiter condempnamus et etiam adiudicamus,

monentes vos omnes et singulos sub pena excommunicationis semel, secundo, tertio et peremptorie ac precise quod statim post sermonem Nostrum et sententias completum et latas vos indilate ad carcerem vobis assignatum personaliter transferatis, alioquin ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc vos et vestrum quemlibet qui in hoc inobedientes fuerit tanquam

impenitentes hereticos ficteque conversos et periuros, ac Nostra monitione premissa, et cum illis scriptis **F° 230 r°** excommunicationis vinculo innodamus et excommunicatos a canone nunciamus, monentes insuper omnes et singulos canonice ac peremptorie et sub penis canonicis ne aliquis cuiusque conditionis, gradus, sive dignitatis existat sciens ac credens vos vel vestrum aliquem esse tales, recipiat vel defendat vel vobis monitiones vel mandata nostra non complentibus ne ea compleatis aut contra confessata, iurata seu abiurata vobis venientibus consilium, auxilium vel favorem impenderint, vel impendi procuraverint, premissa ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc auctoritate qua fungimur, in his presentibus scriptis excommunicationis vinculo innodamus et penas alias contra tales a canone promulgatas eos incurrisse decernimus ipso facto. Retinemus autem Nobis et Nostris in Inquisitionis officio successoribus potestatem ad- **F° 230 v°** dendì, diminuendi, aggravandi, mitigandi, et etiam remittendi in predicta penitentia sive pena necnon sententiandi aliter, vel aliquos de predictis, si inventi fuerint scienter aut malitiose, si aliqua de facto heresis suppressisse seu aliquem innocentem involuisse in crimine heresis memorato.

Lata fuit hec sententia anno, die, inductione, pontificatu et loco et presentibus testibus supradictis.

(ADAM BAUDETI)

**F° 231 r°** In nomine Patris et Pilii et Spiritus sancti amen. Nos Fratres Henricus de Chamayo et Petrus Bruni inquisitores predicti et Bertrandus de Auriacho commissarius in negotio fidei per reverendum in Christo Patrem dominum Petrum, Dei ḡatia Carcassonensem episcopum specialiter deputatus, per inquisitionem legitime factam et per tuam confessionem invenimus et Nobis constat quod tu **Adam Baudeti** de Conchis tam multipliciter et tam graviter in crimine heresis deliquisti, primo videlicet labendo in ipsum crimen, et post reconciliationem obtentam et heresim abiuratam in labem eiusdem criminis dampnabiliter relabendo, cuipis veteribus nova superaddere non verendo, nec futurum Dei iudicium metuendo, sed ad ipsac tanquam canis ad vomitum, prout lectum **F° 251 v°** et recitatum est tibi hic intelligibiliter in vulgari, per hoc ficte et falso fuisse conversus et de tam enorci crimine manifeste incorrigibilem ostendendo omni gratia et misericordia feceris te indignum, idecirco Nos inquisitores et commissarius predicti, habentes pre oculis solum Deum, sedentes ... habito diligenti, dicimus et per hanc nostram sententiam proferimus et pronunciamus in et cum his scriptis te prefatum Adam esse relapsum in heresim abiuratam et te tanquam talem cum Ecclesia non habet quid ulterius faciat de talibus, relinquimus iudicio Curie secularis, eandem Curiam rogans prout suadenta canonice sanctiones ut tibi vi- **F° 232 r°** tam et membra citra mortis periculum illibata conservet, et volumus tamen quod si sacramenta penitentie et eucharistie humiliter petieris, eadem tibi petenti salubriter ministrentur.

Lata fuit hec sententia anno, inductione, die, loco, pontificatu, presentibus testibus antedictis et notariis supradictis.

(GUILLEMUS SRRA, YSARNWS RAINAUDI, RAIMUNDA ARRUFATI)

**F° 232 v°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos inquisitores Cacassonensis et Tholosanus predicti et Bernardus de Auriacho inquisitor in civitate et diocesi Carcassone et Hugo de Funtanillis officialis Albiensis auctoritate crdinaria deputatus per testes ultime in tua presentia iuratos et eorum depositianes rite et legitime factas invenimus et legitime Nobis constat quod tu **Guillelmus Serra** de Carcassana, et tu **Ysarnus Rainaudi** de Albia, et per confessionem tui **Raimunde Arrieussate**<sup>186</sup> uxoris quondam Petri Arrufati quondam heretici de Narbona gratis et sponte factam legitime No- **F° 233 r°** bis constat quod vos ambo scilicet Guillelmus et Raimundus olim de crimire heresis confessi et abiurata primitus omni heresi, credentia, fautoria et receptione, associatione et celativne hereticorum pro culpis per vos confessatis ad perpetuum Muri carcerem Carcassone sententialiter condempnati, in eodem Muro, Dei et hominis amore postposito et timore commisistis relapsum et tanquam canis ad vomitum rediens in eandem heresim abiuratam miserabiliter relabendo, et tu Ysarne hereticos videndo et adorando tam graviter et tam multipliciter deliquistis, prout vobis lectum est hic et recitatum intelligibiliter in vulgari, per hoc vos falso et ficte conversos et impenitentes ac periuros, et de tam enormi crimine manifeste vos incorrigibiliter obstendendo, omnique gratia et misericordia et audien.<sup>187</sup> vos Guillelme et Raimunda tanquam relapsi in heresi feceritis vos indignos, ita quod promissionibus, iuramentis ves- **F° 2:33 v°** tris nulla sit fides de cetero adhibenda, idcirco Nos prefati inquisitores et commissarii, datis vobis duobus, scilicet Guillelmo Serre et Ysarno Raimundi defensionibus, renunciatoque et concluso in processu, de multorum bonorum et peritorum in utroque iure ac religiosorum virorum maturo consilio prehabito, habentes pre oculis ...pronunciamus et declaramus vos Guillelmum et Raimundum esse relapsos in heresim a vobis in iudicio abiurata et te Ysarnum impenitentem fore hereticum **F° 234 r°** et cum Ecclesia ultra non habeat quid faciat de talibus impenitentibus et relapsis, idcirco vos Guillelmum, Ysarnum Rainaudi et Raimundam tanquam tales relinquimus brachio et iudicio Curie secularis, eandam affectuose rogantes, prout suadent canonice sanctiones, quod citra mortem et membrorum mutilationem circa vos suum iudicium et suam sententiam moderetur.

Lata fuit bec sententia anno, indictione, die, loco et pantificatu predictis, et presentibus testibus antedictis.

---

(LIMOSUS NEGRI)

In nomine Domini **F° 234 v°** amen. Quoniam Nos inquisitores predicti et Galhardus de Sancto Michaele officialis Electensis commissarius in negotio fidei per reverendum in Christo Patrem dominum Bartholomeum Dei gratia episcopum Electensem specialiter deputatus invenimus per acta et processus officii Inquisitionis et per tuam confessionem propriam in iudicio receptam legitime Nobis constat quod tu Limosus Nigri de Sancto Paulo diocesis Electensis plures hereses et errores tenuisti et plures blasfemias contra fidem

---

<sup>186</sup> Sic.

<sup>187</sup> Lacune.

catholicam et sanctam Romanam<sup>188</sup> dixisti et adhuc tenes et dicis anime pertinaci, sicut lectum et recitatum est tibi intelligibiliter in vulgari, idcirco nos prefati inquisitores et commissarius antedicti et post salubres exortationes et inductiones ratione plenas, processusque iuridicos tu, prefatus Limosus in predictorum errorum ac dogmatis pravita- **F° 235 r°** tis persistis animo indurato, eosdemque errores procaciter et pertinaciter defendis, eisdemque inherens, mori in ipsis et pro ipsis potius eligis quam converti et redire ad Ecclesie unitatem,

habito super premissis plurium bonorum et peritorum virorum in utroque iure maturo consilio et tractatu, Christi nomine invocato, habentes pre oculis ... auctoritate qua fungimur in his scriptis presentibus dicimus, et per diffinitivam sententiam declaramus et pronunciamus te esse assertorem pestilentem perversorum dogmatum et rebellem, ac contrarium auctoritati **F° 235 v°** et potestati romane Ecclesie, necnon esse hereticum manifestum obstinatum et pertinacem, teque velud hereticum obstinatum, cum Ecclesia ultra non habeat... moderetur<sup>189</sup>.

Lata fuit hec sententia anno, indictiane, die, loco et pantificatu predictis, pressntibus testibus et notariis antescryptis.

---

(OSSA COMBUSTA)

**F° 236 r°** In nomine Domini amen. Quoniam Nos Fratres Henricus de Chamayo et Petrus Bruni et Nos commissarii supradicti quatenus Nos et Nostrum quemlibet tangit per inquisitionem legitimam que facta est et sic generaliter contra omnes hereticos, credentes, fautores et defensores eorum inveneri- **Fo 236 v°** mus et Nobis constat legitime quod persone infrascripte defuncte olim dum vitam ducerent in humanis multa commiserunt in crimen heresis et in Deum et sanctam matrem Ecclesiam fidemque catholicam, prout in eorum culpis sequentibus plenius hic lectis et recitatis intelligibiliter in vulgari appetet, primo videlicet

quod **Guiraudus Gallardi** quondam iurisperitus de Carcassona fuit in hereticaione Petri Bourelli quondam de Carcassona et ibi flexis genibus more he~eticali hereticos adoravit, et super hoc convincitur per duos testes concordes.

Item idem Guiraudus Galhardi fuit in hereticaione Castelli Fabri quondam de Carcassona et hereticos more hereticali adoravit, et super hoc convincitur per tres testes concordes.

Item idem Guiraudus Galhardi accusatur per unicum testem quod fuit in tractatu de libris Inquisitionis habendis et destruendis, et ibi hereticos adoravit.

**F° 237 r°** **Rixendis uxor quondam Castelli Fabri** quondam de Carcassona fuit in hereticaione dicti mariti sui et absoluit ipsum hereticis et hereticos more hereticali ibi flexis genibus adoravit. Convincitur per septem testes sufficienter concordantes.

**Petrus de Medenchis** olim procurator generalis in Senescallia Carcassone et Bitterris commorans apud Regalem montem diocesis Albiensis, videt hereticos et ipsos more hereticali flexis genibus adoravit in quadam boeria prope Regalem montem, et super hoc convincitur per duos testes satis concordes.

---

<sup>188</sup> *Adde:* eccesiam.

<sup>189</sup> *Ut supra.*

Item idem Petrus de Medenchis vidit et more hereticali flexis genibus adoravit hereticos in pluribùa locis. Deponunt testes singulares.

Item idem Petrus de Medenchis fuit in morte hereticatus volens et petens, et super hoc **F° 237 v°** convincitur per quatuor testes concordes.

**Guillermus Ademari iurisperitus de Albia** fuit hereticatus in morte volens et petens per Raymundum del Boc et Raimundus Desiderii, et super ;oc canvincitur per sex testes sufficienter concordes.

**Raimundus Fumeti de Albia** receptavit, vidit et more hereticali flexis genibus hereticos adoravit in domo sua. Super hoc convincitur per tres testes sufficienter concordes.

Item idem Raymundus Fumeti volens et petens in morte hereticatus fuit et in sectam hereticorum receptus, et super hoc convincitur per quatuor testes sufficienter concordes.

**Raymundus de Raone** **F° 238 r°** quondam de Albia fuit hereticatus volens et petens per Raymundum del Boc et Raimundum Desiderii hereticos, et super hcc convincitur per quinque testes sufficienter concordes.

**Bernardus Casas quonàam rector hospitalis Sancti Iacobi de Albia** receptavit in dicto hospitali et vidit Raimundum del Boc et Raimundum Desiderii hereticos et more hereticali flexis genibus eos adoravit. Convincitur super hoc per octo testes de quibus quatuor sunt sufficienter concordes.

Item idem Bernardus Casas in alio loco Albie vidit et adoravit more hereticali dictos hereticos, et super hoc convincitur per duos testes,

Idcirco datis per Nos Pratrem Henricum inquisitorem Carcassone defensionibus liberis et heredibus **F° 238 v°** ac propinquis seu bonorum possessoribus prefatorum Guiraudi Galhardi, Rixandis uxoris quondam Castelli Fabri, Petri de Medenchis, Guillelmi Ademari, Raymundi Fumeti, Raimundi de Raone et B. Casas, primo, secundo, tertio et quarto de superhabundanti quatuor edictis solempnibus sufficienti termino ab invicem distantibus peremptorie et precise per rectores ecclesiarum locorum predictorum tam in hospiciis eorum quam in ecclesiis diebus dominicis et festivis publice dum missarum celebrabantur solemnia et clerus et populus convenenant ad divina, citatis prout per sigilla rectorum ipsorum in ipsis citationibus apposita et per rescripta eorum ac instrumenta publica super edictis huiusmodi publicis nobis constat, ut certis diebus et locis ac horis iam lapsis comparerent coram Nobis dicto inquisitore seu locum Nostrum tenente, audituri publicationem eorum que contra dictos defunctos inventa sunt et erant **F° 239 r°** officio Inquisitionis super crimine heretice pravitatis probata, necnon dicturi et proposituri quidquid ad excusationem dictorum defunctorum ducerent rationabiliter proponendum et probandum si vellent et sua crederent interesse, cum intimatione et protestatione quod sive comparerent sive non, nichilominus ad publicationem eorumdem inventorum et depositionum testium procederetur prout ius et ratio, stilus ac privilegia Inquisitio::is officii suaderent, eorum absentia non obstante, prout hec in processibus super hoc habitis et quedam alia plenius apparere noscuntur.

Non comparentibus aliquibus de citatis predictis, nec aliquibus aliis qui eos excusare curarent, publicatis in eorum absentia et contumacia attestationibus testium deponentium contra ipsos defunctos, habitum fuit in processibus huiusmodi pro renunciato et concluso in causis vero Bernardi Casas, Raimundi Fumeti, Raymundi de Araone, Petri de **F° 239 v°** Medenchis defunctorum predictorum, deductis modo premisso processibus et edictis, et quod ad non comparentes habito demum pro renunciato per ipsos et concluso; comparentibus vero concessis factis et datis depositionibus ipsorum teztium deponantium contra eosdem

defunctos prout eorum comparentium quemlibet tangit, tacitis tamen deponentium ipsorum ut est moris nominibus, propositis per ipsos comparentes et defensores vel eorum aliquos certis defensionibus et articulis testibusque productis et probationibus inductis, per Nos seu locum Nostrum tenentem sub certis protestationibus admissis, tandemque attestationibus et probationibus publicatis, renunciatum et conclusum extitit in omnibus processibus antedictis.

Nos autem, attentis predictis defensionibus et aliis circa defensiones huiusmodi et probationes specialiter attendendis ornnibusque in consilio plurium discretorum et proborum virorum in utroque iure et etiam reliquorum **F° 240 r°** in sacra pagina peritorum tam secularium quam etiam religiosorum mature deductis, communicatisque omnibus et singulis processibus antedictis secundum iuris formam in talibus consuetam, visoque per Nos manifeste et per dictum consilium Nobis datum clare reperto quod per defensores predictos nichil probatum est super propositis per eosdem contra depositiones ipsorum testium pro iure seu parte officii deponentium, quominus appareat contra quemlibet ipsorum defunctorum intentiōnem dicti officii legitime fundatam et sufficienter esse probatam, quodque nonobstantibus articulis et defensionibus per aliquos ipsorum propositis, esto etiam quod essent probate, licet sint frivole et inanes et penitus impertinentes, possumus ad diffinitivam procenere de dictorum consilio peritorum, prout hec omnia in processibus super hoc habitis liquidem est vidire<sup>190</sup>, cun tale crimen et tam **F° 240 v°** nephandum propter sui immanitatām et enormitatem non solum in vivos sed etiam in defunctos secundum iura beat vindicari,

habentes pre oculis... declaramus prefatos Guiraudūm Galhardi, Rixandim uxorem quondam Castelli Fabri, Petrum de Medenchis, Guillelmum Ademari, Raymundum Fumeti, Raimundum de Raone et Bernardum Casas **F° 241 r°** fuisse impenitentes hereticos et decessisse, dampnantes eorum memoriam perpetuo et iudicantes ac decernentes ac etiam per hanc Nostram sententiam precipiendo, mandantes eorum ossa et cadavera etiam de locis sacrī et cimiteriis aut locis aliis ubi sepulta fuerint si ab ossibus fidelium discerni valeant exhumari et ignibus concremari in detestatione crimihi tam nephandi.

Lata fuit hec sententia anno, indictione, die, loco et Pontificatu predictis a<sup>191</sup> presentibnus testibus et notariis antescryptis.

---

(FALSI TESTES)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Quoniam Nobis inquisitoribus ac commissariis predictis quatenus Nost:um quemlibet tangit per confes- **F° 242 r°** siones vestras in iudicio factas leritime Nobis c̄nstat,

vos **Bernardus Pastoris de Marselhano** mercator, **Guillermus Mascon** apothecarius, **Ioannes Mauran** laicus, **Imbertus de Ruppefixa** nobilis , Rainaudus Caplieu pellicerius, **Guillermus Benedicti** de Casulis de Pedenatio diocesis Agathensis,

**Guillardus**<sup>192</sup> Fumeti, magister **Guillelmus Verivelli** notarius, **Guillelmus Durban** sartor, **Pontius Ysarni**, **Petrus Baudric**, **Guillelmus de Lauterco**, **Raimundus Tallaferii**, **Isarnus Costa**, **Guillelmus Marcelli**, **Petrus de Naguisas**. **Raimundus Manentis** sabaterius

---

<sup>190</sup> Sic.

<sup>191</sup> Sippr.: a.

<sup>192</sup> Sic.

de Albia, dudum maligno spiritu seducti conceptum iniquitatis vestre odii et malivoltentie ac rancoris vos de Pedenatio superius proximo nominati contra magistrum Raimundum Brebeti<sup>193</sup> notarium Pedenacii habitatorem Biterris, vosque de Albia superius nominati contra officialem<sup>194</sup> Inquisitionis ac veritatem in eodem officio repertum super culpis et delictis **F• 242 v•** defuncti Raymundi Fumeti quondam de Albia processus nostros rite et legitime factos maliciose et calumpnione ducere voluistis, et quantum in vobis est curavistis deducere ad effectum et virus nequitie in latebris vestris occultum effundere cupientes in falsum aliqui vestruo denunciando. alii testificando, alii scribendo, alii denunciaciones significaciones seu perventiones<sup>195</sup> in facto fidei et super facto heresis Nobis inquisitori Carcassone specialiter presentando et de puniendo innocentes quos super crimine heresis involvere volebatis etiam requirendo. aliique vestrum subornando alios ad ferendum falsum testimonium et in ipsa subornatione consenciendo et ipsum falsum testimonium ferre promittendo et alios ad hoc multipliciter inducendo, et dicto modo delinquendo tam graviter et tam multipliciter defecistis ac peccastis, prout vobis et vestrum singulis recitatum est hic intelligibiliter in vulgari,

idcirco Nos Inquisitores et commissarii **F• 243 r•** supradicti vice et auctoritate quorumlibet Nostrum inquisitores ac nos inquisitor Carcassone predictus vice et auctoritate reverendi in Christo Patris domini R. Dei gratia Agathensis episcopi in hac parte ac nos commissarii domini episcopi Bitterrensis predicti ac officialis Albiensi dicti domini episcopi Albiensis auctoritate et nomirle, quatenus Nostrum quemlibet tangit,

attendentes quod in Deum et iustitiam ac contra proximum et Dei mandatum sic multipliciter et graviter deliquistis ut est dictum a Deo<sup>196</sup> quod enormitatem et graviter delictorum vestrorum non possumus nec debemus, delicta sub dissimulationis pallio et conniventibus oculis dimittere,

Deum habentes pre oculis, qui cum sit via, veritas et vita veritatem diligit ac etiam equitatem, communicato super predictis culpis vestris multorum virorum in utroque iure peritorum et religiosorum ac secularium consilio et deliberatione prehabita dili- **F• 243 v•** genti, sedentes pro tribunali ... assignatis, Christi nomine invocato in nomine Patris et Filii et Spiriti,

vos omnes superius nominatos exceptis Ysarno Costa primo, Denaguisas et Raimundo Manentis predictis, de predictorum consilio permotorum, ut in vestris culpis ut supra distinguitur, tanquam delatores, calumpniatores, subornatores et falsos testes et in subornatione falsi fereendi testimonii consentientes vel opus et auxilium dantes, per hanc nostram diffinitivam sententiam in et cum his scriptis ad perpetuum muri Carcassone largum et strictum carcerem prout inferius distinguitur sententialiter condempnamus, et etiam adiuvare **F• 244 r•** dicamus, necnon et ad standum in scalis cum linguis rubeis et crucibus croceis duplicibus perpetuo portandis in vestris vestibus superioribus in pectore et a tergo omnes et singulos superius nominatos, excepto Raimundo Tallaferi certis diebus prout inferius proximo declaratur per eandem diffinitivam sententiam condempnamus, ut ubi populum scandalizastis et delicta huiasmodi perpetrastis seu tractastis per ostensionem vestre penitentie dictum populum melius edificare possitis et alios a similibus attentantis per timorem pene similis arceatis. Loca vero, dies et hore quibus dictam penitentiam facere habeatis distinguimus et dicimus in hunc modum :

Vos autem de Pedenatio et Casulis in platea Sancti Nazarii Biterris et in foribus ecclesie Pedenatii.

Vos de Albia in mercato Carcassone die mercati et in foribus ecclesie Sancti Salvi Albie cum dictis linguis et crucibus poni et stare habeatis in scala in quilibet loco videlicet

<sup>193</sup> Corr.: Berleti.

<sup>194</sup> Corr.: officium.

<sup>195</sup> Corr.: preventiones.

<sup>196</sup> Sic.

una **F<sup>o</sup> 244 v<sup>o</sup>** die dominica vel festiva solemni a principio maioris misse inhibi celebrate usque post recessum populi ab eadem vel a tertia usque ad sextam,

et quia aliqui vestrum gravius et enormius ceteris deliquerunt, propter quod maiori penitentia eos decernimus puniendos,

idcirco vos Bernardum Pastoris, Guillelmum Mascon, Ioannem Mauranni, Petrum Matfredi, Guillardum Fumeti, Guillelmum Verivelli et Guillelmum Durban superius nominatos ad strictum dicti Muri Carcassone carcerem in vinculo et catenis ferreis specialiter adiudicamus, ubi panis doloris in cibum et aqua tribulationis in potum vobis dumtaxat ministrentur, inibique omnes superius nominati peccata vestra luere et deflere et pro commissis penitentiam salutarem facere perpetuo habeatis.

Retinemus aut Nobis et Nostris in hoc officio successoribus liberam potestatem addendi, minuendi, agravandi et mittigandi ac dispensandi in predicta pe- **F<sup>o</sup> 245 r<sup>o</sup>** tentia sive pena, necnon eam totaliter remittendi seu relaxandi, si et quando Nobis et Nostris successoribus in hoc officio visum fuerit expedire.

Lata fuit hec sententia anno, indictione, die, pontificatu et loco predictis, presentibus testibus et nobis notario<sup>197</sup> antedictis.

---

(CONTRA IMPEDIENTES OFFICIUM)

**F<sup>o</sup> 245 v<sup>o</sup>** In nomine Domini amen. Quoniam Nobis inquisitoribus Carcassone et Tholose predictis ac Germano de Alanhano archipresbitero Narbonesii ac Hugoni de Fontanillis officiali Albiensi pro reverendis Patribus dominis Bernardo sancte Narbonensi ac Beraldio Albiensi Ecclesiarum Dei gratia archiepiscopo et episcopo commissariis seu inquisitoribus deputatis, per confessiones in iudicio factas legitime Nobis constat quod vos

**Ioannes de Alnayo notarius, Robertus de Olargiis bladerius, Bartholomeus F<sup>o</sup> 246**

**r<sup>o</sup> Jordani** a iudaysmo conversi in Bitterris, **P. Laurentii** serviens Carcassone, **Ioannes Pauho** castellanus de Lomberiis, **Guillotus de Rabastenchis**, tam graviter et tam multipliciter deliquistis prout Nobis recitatum est hic intelligibiliter in vulgari,

idcirco Nos inquisitores et commissarii predicti auctoritate quibus supra, quatenus Nostrum quemlibet tangit, attendentes quod in Deo et iustitiam ... peritorum, ut in vestris ut supra distinguitur et infra proxime declaratur graviter culpabiles et primo te Ioannem de Alnayo et Ioannem Panhon et Petrum Laurentii tanquam volentes et attemptantes concussionis effectum et Guillotum de Rabastenchis tanquam impeditores officii et fautores hereticirum etiam omnes insimul tanquam tales in et cuc his scriptis per hanc Nostram diffinitivam sententiam ad perpetuum muri Carcassone largum et **F<sup>o</sup> 247 r<sup>o</sup>** strictum carcerem prout inferius distinguitur sententialiter condempnamus et etiam adiudicamus ad faciendum inibi penitentiam pro commissis .

Et quia aliqui vestrum gravius et enormius ceteris deliquerunt, propter quod maiori penitentia eos decernimus puniendos, idcirco vos Ioannes de Alnayo, Petrum Laurentii, Ioannem Panhon, Guillotum de Rabastenchis superius nominatos ad strictum dicti muri Carcassone carcerem in vinculis et cathenis ferreis specialiter adiudicamus, ubi panis ...

**F<sup>o</sup> 247 v<sup>o</sup>** ... fuerit expedire.

Lata fuit hec sententia ...

---

<sup>197</sup> Corr.: notariis.

(DOMUS DIRUENDE)

**F 248 r°** In nomine Domini amen. Quoniam per inquisitionem factam invenimus et per depositiones testium iuratorum in iudicio legitime constat

quod in domo **Guillelmi Ademari iurisperiti, Raymundi Fumeti et Raimundi de Aragone** de Albia et boyaria magistri **Petri de Medenchis** sita prape Regalem montem in infirmitatibus de quibus obierunt in dictis domibus suis fuerunt hereticati seu recepti ab hereticis in dampnatam sectam ipsorum hereticorum secundum execrabilem et pessimam consuetudinem eorumdem, Nos inquisitores et commissarii domini Albiensis episcapi supradicti, attentes canstitutionem apostolicam super hoc editam et legem imperialem pramulgatam ac auctori- **F° 248 v°** tate Sedis apcstalice confirmatam necnon facti enormitatem, habito super hoc cum sapientibus et peritis diligenti consilio et tractatu, auctoriite qua fungimur apostolica, predictas domos et baarium cum omnibus appendentiis adherentibus dicimus et pronunciamus per diffinitivam sententiam esse funditus diruenda, easque dirui et demoliri funditus precipimus et mandamus, et ipsarum domorum materiam comburi, aut si magis Nobis expediens videatur ad arbitrium Nostrum in aliquibus piis usibus decernimus applicari.

Item quod de cetero in locis dictarum domorum nulla humana hereticatio<sup>198</sup> seu reedificatio aut clausio<sup>199</sup> ibi fiat, sed loca ipsa inhabitabilia et inclusa et inulta semper existant, sicut fuerunt receptacula perfideorum, sic deinceps ex nunc perpetuo sordium loca fiant, eadem qua fungimur auctoritate monentes omnes et singulos semel, **F° 249 r°** secundo ac tertio canonice et peremptorie ne aliquis reedificare seu colere aut claudere presmat loca predicta, nec ad hoc scienter impendit consilium vel favorem in quascumque etiam contrarium aut contrarios seu rebelles ista nostra canonica monitione ac peremptorie premissa in his presentibus scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

Item cum in sermone publico dudum facto Carcassone per venerabilem Patrem Fratrem Ioannem de Prato inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica et venerabilem virum dominum Guillelmum officialem Carcassone auctoritate ordinaria depūtatos in sententia in sermone publico retinuerint sibi executionem sententie super domo in qua Raimundus Guillelmi Matha defunctus de Carcassona hereticatus fuerat, retentionem executionis revocamus et tollimus **F° 249 v°** omnino predicta sententia executioni debite demandetur prot in ea continetur.

Lata fuit hec sentntia anno domini millesimo trecentesimo vicesimo non, inductione duodecimo, die dominica infra octabas nativitatis beate Marie vieginis in platea mercati Brugi Carcassone, pontificatus sanctissimi...

*(Extrait et collationné de dix cayers en parchemin attachés ensemble dont la première feuille est marquée du nombre (XVIII) et au haut de laquelle est écrit "Ad gratiam de crucibus deponendis", à la dernière n° XII qui finit par ces mots: "P. de Bossiachis, P. Auriolli" trouvé aux Archives de l'Inquisition de la Cité de Carcassonne...)*

<sup>198</sup> Corr.: erectio, edificatio ?

<sup>199</sup> Sic.

## INDEX NOMINUM<sup>200</sup>

---

ABBATI, ABBATIS.- (*Labbé*)  
Petrus, presbyter, Carcas-  
sonne, olim capellanus con-  
ducticius Sallèles, \*100 r°.  
ABELHERIIS (de).- (*Bilières*)  
Hugo, magister, iurisperitus,  
(Pamiers)-.44 v°,49 v°,59 ar°,  
\*141 b,143 b,155 b.  
ABLÜSIIS (de).- (*Ablis*)  
Gaufridus, inquisitor,Carcas-  
sonne, 86 v°,134 r°,149 v°,  
150 v°.  
ADALBERTI.- (*Adalbert*)  
Bartholomeus. notaire Inquisi-  
tion de Carcassonne, \*112 v°  
à 118 r°,\*182 v°,\*190 r°.  
ADEMARII.- (*Azéma*)  
Guillelmus, iurisperitus, héré-  
tique, Albi, \*187 v°,\*237 v°,  
\*248 r°.  
Guillelmus, textor, Narbonne,  
**228 v° à 231 r°,\*4 r°**  
Honors,uxor Guillelmi de Bé-  
deillac, uoxr quondam Arnaudi  
Ardit, Carcassonne,  
Guillelmi, de Bédeilhac, uxor  
quondam Arnaudi Ardit, Carcas-  
sonne, **62 r°**.  
ADZORICI.-  
Iohannes, presbyter, détenu,  
**\*173 v°,\*174 v°**.  
AFFIACI.- (*Fieu*)  
G., carme, Béziers, \*159 r°,  
165 r°,\*169 v°.  
AGAST.-  
R., carme, Lodève, 4 r°,5 v°.  
Agathensis épiscopus,  
25 v° ss., \*161 v° ss..  
AGRIMEDIA (de).-  
Raymundus, rector, Villepinte,  
\*48 b.  
ALACRIS.- (*Allègre*)  
Iohannes,presbyter,201-203r°.  
ALAMANNI.- (*Alleman*)  
Ermessendis, uxor Iohannis, Sal-  
lèles, hérétiquee, 100 r°,\*128 r°

Iohannes, dominus, Sallèles, hé-  
rélique, 128 a.  
ALANHAN, ALANHANO (de).- (*Aïaigne*)  
Germanus,archiprêtre de Narbonne, prieur  
.recteur de Capestang, vicaire de l'arche.-  
vêque en matière d'Inquisition, ~. 97 r° et  
passim.  
Paulus, prieur OP, Limoux, 120 r°,\*137 r°  
\*180 b.  
ALBENONE ( de) , BENONIS .-  
Iacobus, prieur claustral de Pamiers,  
44 v°. **141 r°,143 v°,165 v°**.  
ALBERIIL.-  
P., magister, lic. in Legibus, \* 97 v°..  
ALBIA (de) .- (*Dalbi*) .  
Bartholomeus, recteur de Labège, vicaire  
de l'archevêque de Toulouse, ~. 103 r°,106 r°,  
111 v°, 113 r°, 139 v°, 164 v° .  
ALBUSSACHO, ALBUSSACHIS (de) .-  
(*Albussac*)  
G., Guillelmus, official de Carcassonne, 181 r°,.  
\*180 t°..  
ALERTII.-  
Iohannes, lecteur OM, Carcassonne, 104 r°.  
ALFARICI, ALPHARICI.- (*Alpharic*)  
Iohannes, notaire royal, Carcassonne,  
101 r°,105 v°,106 v°,\*180 v°,\*181 r°,186 v°,  
\*188 v°.  
ALNAYO (de).- (*Aunay*)  
Iohannes, magister, notaire, Béziers,  
184 à 225 v°, 245 v°, 246 r°..  
ALSERII , ALZEVI.- (*Alzieu*)  
Petrus, F. OM Pamiers, ~. 45 r°..  
AMALFREDI.- (*Maffré*)  
R., presbyter, partisan des béguins, \*173 v°.  
AMATI .- (*Ama t*)  
Arnaudus, consul, Limoux, ~. 180 v°..  
Guillotus, domicellus, \*188 v°..  
AMBACHO (de) .--  
P., vice-viguer de Pamiers, ~. 57 r°.  
AMBURA .-  
Michael, Lodève, ~. 10 v°.  
AMELIA .(de).-  
G., consul du Bourg (?) Carcassonne, ~.  
180 v°.

---

<sup>200</sup> Index commun à Doat XXVIII et XXVII. Les folios précédés d'un astérisque appartiennent à Doat XXVII.  
Les noms en italique sont les équivalents actuels.

**AMELII.-** (*Amiel*)  
 Bernardus, consul, Carcassonne,  
 110 r°.  
 Iohannes, Narbonne, \*120 r°,  
 \*126 r°. -  
